IOANNIS BAPTISTAE PIRANESII

ANTIQVARIORVM REGIAE·SOCIETATIS LONDINENSIS SOCII

CAMPVS·MARTIVS ANTIQVAE VRBIS

ROMAE·MDCCLXII

ROBERTO ADAM BRITANNO ARCHITECTO CELEBERRIMO

Piranesi F.

Veneunt apud Auctorem in ædibus Comitis Thomati via Felici prope templum SS. Trinitatis in Monte Pincio.

IL·CAMPO
MARZIO
DELL'ANTICA·ROMA
OPERA
DI·G·B·PIRANESI
SOCIO DELLA·REAL·SOCIETÀ
DEGLI ANTIQUARI DI LONDRA

*Sepulchrum Mariae Honorij Imp. Uxoris, Stiliconis filiae, ex Syenite Lapide, reper-
tum in Basilica Vaticana, in Cella Regis Galliarum, Paullo III. Summo Pontifice.*
Vid. Seriem aedific. post Ichnog. magn. Campi Martij sub lit. S.

ROBERTO ADAM
VIRO CLARISSIMO
IOANNES BAPTISTA
PIRANESIVS

SImillimam, atque adeo geminam eſſe, arbitror, CLARISSIME VIR, illorum rationem, qui alias ex aliis regiones obeunt cum animi cauſſa, tum ut, cognitis populorum moribus, ad publicæ privatæque rei tractationem commodius inſtituantur; & eorum, qui in veterum monumentis perveſtigandis ita operam ponunt, ut, perinde ac ſi retroactis ætatibus viverent, quid factum eo tempore ſit, quæ fuerit ædificandi ratio, qui cultus, quæ publice privateque agendi conſuetudo, ſedulo inquirant. Ex qua quidem cura, atque, ut ita dicam, peregrinatione, quantum voluptatis in eos, qui id faciunt promanet, quantum in alios utilitatis, nemo eſt, qui non videat. Itaque, ſi ab Homero tantopere Ulyſſes laudatur, quod multorum homi-

AL CHIARISSIMO SIGNORE
IL SIG. ROBERTO ADAM
GIOVAN BATTISTA PIRANESI

SOmigliantissima, anzi gemella, io giudico, CHIARISSIMO SIGNORE, che sia la condizione di chi da altri in altri paesi va trasferendosi non men per diporto, che per apprendere più agevolmente, dopo aver osservati i costumi de' popoli, il maneggio de' pubblici e privati affari; e di chi s'applica per sì fatta maniera ad investigare gli antichi monumenti, che come se vivesse ne' trapassati secoli, diligentemente ricerca, qual cosa sia stata fatta di que' tempi, quale sia stata la maniera di fabbricare, quale la pulitezza, quale l'uso di trattare i pubblici ed i privati interessi. E da tale studio, e, per così dire, pellegrinaggio, non v'è chi non vegga, quanto piacere ne ritraggono quelli, che lo intraprendono, quanto utile gli altri. Per la qual cosa, se cotanto da Omero vien commendato Ulisse, per aver osservati i paesi, che allora erano in

hominum Urbes, quæ tum erant, & mores inſpexerit; quid eſt, cur non iis etiam, qui ea quæ olim fuerunt, cognoſcere ſatagunt, par laus, atque adeo major, tribuenda videatur? Ac Tibi quidem, ADAM OPTIME, utrumque contigit, ut & præcipuas Europæ Urbes inviſeres, nequid horum temporum latere Te poſſet, & priorum memoriam repeteres; aditis etiam locis, inſpectiſque ruderibus, ex quibus quid ſequuti homines olim eſſent, eorumque uſus ferret, facile agnoſceres; memini enim cum una Romæ eſſemus aliquot abhinc annis, quo ſtudio ſingula inquireres, quæ tam multa adhuc ſuperant, Romanorum monumenta, eorumque magnificentiam & formam tecum ipſe meditareris; præſertim ubi in Campum Martium deſcendimus, cum a me ſæpe etiam contenderes, ut quæ in tam celebri Urbis loco exſtarent ædificiorum veſtigia, lineari pictura viriculoque deſcriberem; ita vero adumbratam totius Campi formam uno veluti intuitu ſpectandam proponerem. Movebat me quidem tua hominis graviſſimi, mihique amiciſſimi non parum auctoritas, adduci tamen nullo modo poteram, cum maxime vellem, ut tibi obſequerer, veritus, ne ſi onus ſuſcepiſſem, quod ferre non poſſem, utriuſque noſtrum conſilium merito reprehenderetur; non enim unius, aut alterius vel certe paucorum monumentorum, quæ diverſis locis jacerent temporum injuria, deſignationem mihi demandatam videbam, ſed tot profecto, quot Romanorum olim opes intra regionis latiſſimæ fines excitare potuiſſent. Hæc ſub ipſis Urbis conditæ primordiis Marti ſacra, a quo nomen etiam invenit, exercendæ juventuti, quandiu Reſpublica fuit, & bellicis artibus patuit; ubi vero augeri luxus cœpit, præſertim imperio ad unum delato, habituſque locus is eſt, in quo non jam rei militari, ſed voluptati potius a populo tyrocinium poneretur; adeo inædificari totus omni monumentorum genere cœptus eſt, ut non Campus Urbi, ſed Urbs omnium princeps, Strabone teſte, Campo additamentum eſſe videretur. Satis opinor eſſe ea vel curſim recolere, quæ veteres memoria prodiderunt, ut intelligatur, nihil a potentiſſimis hominibus excogitari tot ſæculorum ſpatio potuiſſe, quod ad magnificentiam pertineret, aut animorum allevationem, cujus non illuſtria ibidem monumenta exſtare voluerint. Longum quidem eſſet ſingula dumtaxat recenſere, quæ tam multa, tam etiam varia in Campo fuerunt. Cum vero horum operum pars pleraque omnino deperierit, aliorum vero tam exiguæ ſuperſint reliquiæ, aut infra terram pene defoſſæ, aut domorum fundamentis interceptæ, ut cuinam uſui olim eſſent, agnoſci non facile poſſit, divinatione profecto, aut labore neſcio quo, improbo certe, ac non ferendo, opus eſſe ei arbitror, qui eorum præterea poſitionem, & formam inveſtigandam ſuſcipiat. Atqui aut rejicienda provincia hæc eſt, aut in hoc omnibus deſudandum, qui eam non detrectaverint; non enim ejus generis rudera hæc ſunt, qualia fortaſſe quædam alibi, aut locis aliquot, etiam Romæ, quæ, quod informia ſint, & nemini cognita, nihil autem præterea habeant, quod architecturæ conducat, prætermitti ſine vituperationis nota poſſint; pendent enim ex his, de quibus agimus, non pauca ad hiſtoriæ

cogni-

no in piedi, ed i costumi di molte popolazioni; e perchè pari lode, se non maggiore, dar non deesi eziandio a coloro, che s' industriano per venire in cognizione di cose, che una volta furono in essere? In voi per altro, o degnissimo SIGNOR ADAM, *avverasi e l' aver vedute le principali Città d' Europa, acciocchè niuna cosa de' nostri tempi sottrar si potesse alla vostra notizia, e la reminiscenza de' tempi passati, coll' aver visitati anche i siti, ed osservate le rovine, dalle quali comodamente ricavare, quali maniere avessero gli uomini una volta seguitate, e quali fossero le loro usanze. Imperocchè ben mi sovviene, allora che alcuni anni sono ci ritrovavamo insieme in Roma, con qual impegno da Voi si ricercava ciascheduno di que' tanti monumenti, che tuttavia avanzano, e fra Voi stesso ne contemplavate la magnificenza, e la forma, massime quando venimmo nel Campo Marzio; facendomi Voi spesso anche premura di disegnare, ed incidere gli avanzi degli edifizj, che in un luogo sì celebre di Roma si ritrovassero, e di dare alla luce una Pianta sì fatta di tutto il Campo, da vedersi in un sol colpo d' occhio. Dall' autorità di un soggetto gravissimo, e pieno di bontà per me, qual Voi siete, quantunque io mi sentissi commosso, non sapeva però in alcun modo indurmi a compiacervi, benchè sommamente lo desiderassi, per timore che, se avessi intrapreso un incarico superiore alle mie forze, il pensiere d' ambidue noi ne venisse giustamente ripreso: riflettendo io, che mi s' ingiugneva il disegno, non d' uno, o di due, o al più di pochi monumenti, che in diversi luoghi fossero stati gettati a terra dall' ingiuria de' tempi, ma di tanti, quanti la potenza de' Romani ne aveva potuto anticamente innalzare dentro i confini d' una vastissima contrada. Questa fin da' primi principj di Roma, dedicata a Marte, dal quale prese anco il nome, stette aperta, per ammaestramento della gioventù, finchè durò la Repubblica, e pe' militari esercizj; ma avanzatosi poscia il lusso, allor quando specialmente l' Imperio fu dato ad un solo, e quel sito fu tenuto, non più per uso delle milizie, ma per introdurre piuttosto nel popolo il piacere, s' imprese ad ergervi da per tutto ogni sorta di edfizj per modo, che il Campo non sembrava più un' appendice di Roma, ma sì bene Roma, la sovrana di tutte le altre città, un' appendice del Campo, come ne attesta Strabone. Basta, a parer mio il riandare anco alla sfuggita quanto dagli antichi è stato lasciato scritto, per conoscere, nulla di magnifico, o di piacevole essersi potuto inventare nel corso di tanti secoli da uomini potentissimi, di cui non abbian voluto, che nel medesimo luogo vi fossero illustri memorie. Lunga cosa certamente sarebbe l' annoverare soltanto ciascheduna di quelle opere, che in tanta copia e in tanta varietà altresì furon nel Campo: ma essendo la maggior parte di esse affatto perite, e restando di altre sì piccoli avanzi o quasi seppelliti sotterra, o chiusi tra' fondamenti delle case, che non è facile il poter ravvisare, a qual uso una volta servissero, credo, che chi vuole ulteriormente rintracciarne la positura e la forma, debba al certo farla da indovino, ovvero incontrare non so qual fatica, durissima senza dubbio, ed insopportabile. Ad ogni modo, o debbe abbandonarsi quest' impresa, o chiunque non la ricusa, vi si dee molto affaticare; non essendo questi avanzi tali, quali peravventura si ritrovano altrove, ovvero in alcuni luoghi anche di Roma, de' quali può senza biasimo non farsi conto, per essere affatto sfigurati e sconosciuti, e per non esser utili all' architettura; giacchè da quelli de' quali trattiamo, dipendono molte cose assai necessarie per la cognizione della storia, e per ispiegare i passi di quelli, che hanno*

scritto

cognitionem, & ad eorum ſententias, qui de Campo ſcripſerunt, interpretandas, admodum neceſſaria. Quæ quidem ſi ſingula perſequi moleſtum eſt; ſi ad quod potiſſimum ex tam multis ædificium referenda ea ſint, ſedulo non inquiratur; vagabimur Campo toto ſine duce; quo vero quidque loco conſtiterit, penitus ignorabimus. Vide, VIR HUMANISSIME, dum antiquitatis indulges ſtudio, mihique plus quam par eſt, fortaſſe tribuis, in quas me anguſtias conjicere volueris, aut certe, ut verum fatear, conjeceris; etſi enim obverſabantur animo quæ modo recenſui, ne hujuſmodi curis implicari me paterer, malui tamen amicitiæ potius noſtræ habere rationem, quam timoris mei. Quare debere Tibi diutius non potui, quod tam enixe puſtulabas. Quo vero ita morem Tibi gererem, ut ſedulitatem quoque meam in hoc munere obeundo, & accurationem probarem; profiteri id Tibi vere poſſum, nullam tam exiguam Campi partem fuiſſe, quam ſæpius diligenterque perſcrutatus non ſim, aditis quoque non ſine moleſtia, & ſumptu ſubterraneis domorum, nequid me fugeret, penetralibus; latent enim ibi non pauca, atque haud ſcio, an plura etiam quam quæ e terra exſtent & emineant: quas quidem ædificiorum reliquias cum undique collegiſſem, magna cura deſcriptas, eaſque hominibus antiquarum rerum peritiſſimis inſpiciendas obtuliſſem, ut quod eorum de his eſſet judicium, cognoſcerem, contuli demum cum veteri Urbis ichnographia quæ proſtat in Capitolio; in eam enim ſpem veneram, ſi id facerem, neminem futurum qui in hujuſmodi monumentorum appellatione, forma, & poſitu, arbitrium me potius quoddam, quam certam rationem, aut probabilem conjecturam ſequutum arbitraretur. Quamquam illud potius timendum mihi eſt, ne magis ab ingenio, quam a veritate profectum videatur, quod quædam ſunt in hac Campi deſcriptione, quæ ſi quis ad veterem architecturæ rationem exigat, aberrare ab ea non parum intelliget, & ad noſtrorum temporum morem accedere. Verum quicumque is eſt, antequam fraudis aliquem damnet, conſulat, quæſo, veterem, de qua modo dixi, Urbis ichnographiam; conſulat antiquas Latii villas, Tiburtinam Hadriani, thermas, ſepulcra, aliaque Urbis, præcipue vero extra portam Capenam, quæ ſuperſunt, ædificia; non ita multa a recentioribus inveniet contra ſeveriores architecturæ leges excogitata, quam a veteribus. Itaque ſive id artium natura, & conditione fiat, ut cum ad ſummum pervenerint, paullatim decreſcant, & dilabantur; ſive ita ferat hominum ingenium, ut in artificiis quoque licere ſibi quidlibet velint; mirandum non eſt, ſi quæ in noſtratibus ædificiis aliquando reprehendimus, ea a priſcis etiam architectis uſurpata videamus. Habes, ADAM mi ſuaviſſime, Campum Martium, non eum profecto quem fortaſſe requiſieras omnibus abſolutum numeris, ſed qui in tantis rerum ambagibus, & temporum caligine adumbrari a me potuit; intelligebas enim pro eo uſu qui tibi mecum erat, nihil ferme elaborare me ingenio, nihil perficere induſtria poſſe. Verum ut nulla me in hoc opere fugerint, multa quoque, ſi vis, me fefellerint, monumenta certe, quæ, a quoque, & quo tempore in Campo fuerint, quantum aſſequi legendis ſcriptoribus potui, omnia in eo reperies. Id Tibi, ſi cætera minus arriſerint, Campi loco ſit, quem a me poſtulaveras. Equidem quodcumque tuum de hac opella judicium futurum ſit, me Tibi paruiſſe, & exſtiturum in poſterum aliquod amicitiæ noſtræ monumentum, lætabor. Vale.

ſcritto del Campo . I quali avanzi quando rincreſca di riferire ad uno ad uno, quando diligentemente non ſi ricerchi, a qual edifizio particolarmente fra tanti debbono rapportarſi; cammineremo alla cieca per tutto il Campo, e non ſapremo mai in qual ſito ſi foſſero. Vedete, GENTILISSIMO SIGNORE, *in qual impegno abbiate voluto pormi, o, a dire il vero, mi abbiate già poſto, col voſtro amore per l'antichità, e col fidarvi forſe di me più di quel che conviene. Imperocchè ſebbene io aveva preſente quanto poc'anzi ho diviſato, per non ſoffrire di reſtar impacciato in sì fatti travagli; nondimeno ho voluto piuttoſto fare maggior conto della noſtra amicizia, che del mio timore. Per il che non ho potuto differire più lungo tempo a ſoddisfarvi di ciò che con tanta premura richiedevate. Ma per obbedirvi in guiſa, da dar inſieme prova della mia accuratezza e diligenza nell' adempir queſt' impegno, poſſo con verità proteſtarvi, non eſſervi ſtata parte sì picciola del Campo, la quale io non abbia più volte e con attenzione eſaminata, avendo anche, affinchè nulla mi sfuggiſſe, viſitato non ſenza incomodo e ſpeſa gl' intimi ſotterranei delle caſe; trovandoſi quivi molte coſe, e non ſaprei ſe più ancora, che ſtiano ſopra terra ed eminenti: i quali avanzi di edifizj avendo da per tutto raccolti coll' averli diſegnati con grand' eſattezza, ed avendoli dati a vedere a ſoggetti intendentiſſimi di antichità, per intendere qual ne foſſe il lor parere, alla fine li collazionai coll' antica pianta di Roma, che ſta eſpoſta nel Campidoglio; eſſendomi luſingato, col far ciò, di non trovare veruno che ſi daſſe a credere, aver io piuttoſto operato a capriccio, che con ſodo fondamento, o con ragionevole congettura. Sebbene ciò di che io piuttoſto temer debbo, ſi è, che non ſembrino inventate a capriccio, più che preſe dal vero, alcune coſe di queſta delineazione del Campo; le quali ſe taluno confronta coll' antica maniera di architettare, comprenderà, che molto da eſſa ſi diſcoſtano, e s' avvicinano all' uſanza de' noſtri tempi. Ma chiunque egli ſia, prima di condannare alcuno d'impoſtura, oſſervi di grazia l' antica pianta di Roma poc' anzi mentovata, oſſervi le antiche ville del Lazio, quella d' Adriano in Tivoli, le terme, i ſepolcri, e gli altri edifizj di Roma, che rimangono, in iſpezie poi fuori di porta Capena: non ritroverà inventate più coſe dai moderni, che dagli antichi contra le più rigide leggi dell' architettura. O derivi pertanto dalla natura e condizione delle arti, che quando ſono giunte al ſommo, vanno a poco a poco in decadenza e in rovina, o così porti l'indole degli uomini, che nelle profeſſioni ancora reputanſi lecita qualſiſia coſa; non è da maravigliarſi, ſe troviamo eziandio dagli architetti antichi uſate quelle coſe, che nelle fabbriche noſtrali talvolta biaſimiamo. Ecco, o mio amabiliſſimo* SIGNOR ADAM, *il Campo Marzio, non in verità perfettamente compito, quale forſe avevate richieſto, ma quale da me ſi è potuto abbozzare in tanta dubbiezza di coſe, ed oſcurità di tempi: ſapendo ben Voi, per la pratica avuta meco, che io non aveva ingegno capace di far quaſi veruna coſa, nè induſtria da perfezionarla. Contuttochè per altro mi ſiano sfuggite molte coſe in queſt' opera, e molte ancora, ſe così vi piace, mi abbiano ingannato, ſenza dubbio Voi vi troverete tutti i monumenti, quali, da chi, ed in qual tempo furono eretti nel Campo, per quanto dalla lettura degli ſcrittori ho potuto raccogliere. Qualunque poi ſia per eſſere il voſtro giudizio intorno a queſta piccola opera, io ſarò contento di avervi obbedito, e che reſti alla poſterità qualche atteſtato della noſtra amicizia. Vivete ſano.*

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Palatii Apostolici Magistro.

Dominicus Jordani Archiepiscopus Nicomediensis Vicesgerens.

APPROBATIO.

JUssu Reverendissimi Patris Sacri Palatii Apostolici Magistri legi Librum, cui titulus: *Joannis Baptistæ Piranesii Campus Martius antiquæ Urbis*: in quo cum nihil sit, quod Orthodoxæ Fidei, aut bonis moribus adversetur, multa verò potius animadverterim, quæ Antiquitatis studiosis profutura videantur; censeo in lucem edi posse.

Romæ ex Collegio Romano 16. Junii 1761.

Contuccius Contucci Soc. Jesu.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Augustinus Ricchinius Ordinis Prædicatorum, Sacri Palatii Apostolici Magister.

CAMPVS MARTIVS ANTIQVÆ VRBIS.

CAPVT PRIMVM

De Campi Martii loco, & antiqua magnitudine.

I.

Cturus de Campi Martii operibus ab Urbe condita usque ad Imperii Romani casum, operæ pretium puto, si, antequam de iis loquor, & quo loco positus, & quam late pateret antiquitus, dixero: Ager Tarquiniorum, qui inter Urbem, & Tiberim fuit consecratus Marti, Martius deinde Campus fuit. *Ita Livius* [1], *cui plane consentit Dionysius* [2]: Agros, quos Tarquinii ut proprios possederant, diviserunt civibus agro carentibus, unum modo Campum excipientes, qui situs est inter Urbem, & fluvium [*]. *Horum igitur testimonio Campus Martius ea Urbis planities fuit, quæ olim extra muros inter colles, & Tiberim vergit ad Aquilonem* (Tab. I. II. & III). *Sed quia nihil certi ab utroque, præter locum, innuitur; fines vero reticentur: hos a Strabone* [3] *petendos, arbitror*. Mirabilis, *ait*, ejus magnitudo, curruum, equorumque decursionibus libere patens, tantæque multitudini, pila, circulo, ac palæstra se exercentium; tum opera circumjecta, solumque toto anno herba virens, tumulorumque coronæ supra amnem usque ad alveum, scenæ quamdam ostentant speciem, a cujus spectaculo difficulter quis avellatur [**]. *Hunc locum interpretati Blondus, Ursinus, & Vignolius, hos Campo Martio fines statuerunt. Ducatur, inquiunt, illius initium ab Insula Tiberina* (Tab. I. lit. A); *a qua eatur deinde secundum Tiberim ad Pontem usque Milvium ex una parte* (ead. Tab. lit. B); *ex altera vero ab eadem Insula ad Capitolium* (lit. C), *inde ad Quirinalem, & Pincium* (lit. D. E), *& ita secundum reliquos colles* (lit. F. G. H) *ad Tiberis alveum. Hi quidem ita putant: nimius tamen Donato videtur hic ambitus; ait enim* [4]: Quidam usque ad Pontem Milvium bis mille & amplius passus Campum extendunt. At Marti consecratum est, quod Tarquiniorum erat. Quis autem tam vastum illis agrum tribuerit? *Ac proinde partem e summo, imoque Campo non modicam detrahit*: Itaque, sicut Campus Martius terræ spatium relinquebat Urbi propinquius; sic aliud propinquius Milvio Ponti, medius ipse. Nec dixerim ampliorem spatio, quod patet inter Pantheon (*Tab. I. lit. I.*), Flaminiam portam (*ead. Tab. lit. L*), fluvium, & hortorum collem (*lit. E*).

II. *Quantum agri Tarquinius Rex possederit, exploratum nemini est; tantum opinor tamen, quantum voluit, cum tyrannidem exerceret: quare, non quem agri modum eidem alii tribuant, sed quem ille in summa rerum potestate sibi tribuerit, spectandum censeo.* Cete-

(1) *Lib. 1.* (2) *Antiquit. Roman. lib. 5.* (3) *Geograph. lib. 5.* (4) *De Rom. vet. ac rec. lib. 1. cap. 8.*

(*) Καὶ τὴν αὐτῶν γῆν ὅσην ἐκέκτηντο, τοῖς μηδένα κλῆρον ἔχουσι διένειμαν, ἓν μόνον ἐξελόμενοι πεδίον ὃ κεῖται μεταξὺ τῆς τε πόλεως καὶ τοῦ ποταμοῦ.

(**) Καὶ γὰρ τὸ μέγεθος τοῦ πεδίου θαυμαστὸν ἅμα, καὶ τὰς ἁρματοδρομίας καὶ τὴν ἄλλην ἱππασίαν ἀκώλυτον παρέχον τῷ τοσούτῳ πλήθει, τῶν σφαίρᾳ καὶ κίρκῳ καὶ παλαίστρᾳ γυμναζομένων, καὶ τὰ περικείμενα ἔργα, καὶ τὸ ἔδαφος ποάζον δι' ἔτους, καὶ τῶν λόφων στεφάναι τὸ ὑπὲρ τοῦ ποταμοῦ μέχρι τοῦ ῥείθρου σκηνογραφικὴν ὄψιν ἐπιδεικνύμεναι, δυσαπάλλακτον παρέχουσι τὴν θέαν.

IL CAMPO MARZIO DELL' ANTICA ROMA.

CAPITOLO PRIMO

Del luogo, e dell' antica grandezza del Campo Marzio.

I.

Ovendo trattare delle opere del Campo Marzio dall'edificazione di Roma ſino alla decadenza dell' Imperio Romano, prima di parlarne, credo di dover dire, ed in qual luogo foſſe poſto, e quanto anticamente foſſe grande la ſua eſtenſione. *Il Campo de' Tarquinj*, dice Livio [1], *che fu fra la Città, ed il Tevere, conſagrato a Marte, fu poſcia il Campo Marzio*: nel che punto non diſconviene Dionigi [2]: *I campi, che i Tarquinj poſſedevano come proprj, furon diſtribuiti a que' cittadini che n' eran privi, eccettuato quel ſolo, ch' è ſituato fra la Città, ed il Tevere* [2]. Il Campo Marzio adunque, ſecondochè eſſi atteſtano, era quella pianura della Città fra i colli, ed il Tevere, ſituata un tempo fuori delle mura, che guarda il Settentrione (*Tav. I. II. e III*). Ma poichè nè l' uno nè l' altro, alla riſerva del ſito, cos' alcuna ne dicon di certo, e de' confini non fanno parola; penſo, doverſi queſti dedurre da ciò che riferiſce Strabone [3]: *La grandezza di eſſo*, dic' egli, *è maraviglioſa, come quella ch' è libera e ſpedita pel corſo de' carri e de' cavalli, e per sì gran numero di perſone che dal continuo vi giuocano alla palla, al cerchio, ed alla lotta: le opere poi fattevi per ogni verſo, il ſuolo verdeggiante in tutto l' anno, e le corone de' colli ſopra al fiume ſino al di lui alveo, fanno sì delizioſa comparſa, che difficilmente un si diſtoglie dal rimirarla* [3]. Il qual paſſo ſpiegando il Biondi, l' Orſini, e il Vignuoli, diedero al Campo Marzio queſti confini. Per una parte, dicono, gli ſi aſſegni il principio dall' Iſola Tiberina (*Tav. I. lett. A*), donde proſieguaſi lungo il Tevere ſino al Ponte Molle (*detta Tav. lett. B*); e per l' altra dalla ſteſſa Iſola al Campidoglio (*lett. C*), quindi al Quirinale, ed al Pincio (*lett. D, E*), e in tal guiſa lungo gli altri colli (*lett. F, G, H*) ſino all' alveo del Tevere. Queſta è l' opinione dei citati ſcrittori; ma un tal giro ſembra troppo grande al Donati [4]: *Alcuni*, egli dice, *eſtendono il Campo ſino al Ponte Molle per un tratto di più di due miglia. Ma non fu conſagrato a Marte, ſe non ſe ciò che apparteneva ai Tarquinj. Or chi dirà, che aveſſero un campo sì grande?* E perciò toglie una gran parte di queſto Campo da cima e da fondo: *Laonde, ſiccome il Campo Marzio laſciava una parte di terra più vicina alla Città, così un' altra parte ne laſciava più vicina al Ponte Molle, reſtando eſſo nel mezzo. E io direi, che non aveſſe avuto maggior' ampiezza di quella che rimane tra il Panteo* (Tav. I. lett. I.), *la Porta Flaminia* (detta Tav. lett. L.), *il Fiume, ed il colle degli Ortuli* (lett. E.)

II. Quanto grande foſſe il Campo che poſſedevaſi dal Re Tarquinio, non v' è chi 'l ſappia: penſo nondimeno, che tanto egli ne aveſſe, quanto ne volle, quando la faceva da tiranno; per la qual coſa io giudico, doverſi aver riguardo, non a quella porzione che altri gli aſſegna, ma a quella che a lui piacque d' uſurparſi, come diſpotico di tutte le coſe. Del reſto l' autorità di Stra-

(1) Nel lib. 1. (2) Nel lib. 5. delle Antichità Romane. (3) Nel lib. 5. della Geografia. (4) Di Roma antica, e moderna lib. 1. cap. 8.

Ceterum adstipulari videtur scriptoribus, quos recensui, potius, quam Donato, Strabonis auctoritas: cum enim Campi magnitudinem admirandam vocet, innuit profecto aliquid a communi ratione, mensuraque remotum; nec enim mirabile quidquam est, quod novum & inusitatum non sit. Atque, ut de extremo illo terræ spatio dicam, quod Ponti Milvio propinquius a Campo Martio Donatus abjudicat, non leve quiddam & contemnendum videntur sequuti, qui aliter sentiunt: ait enim Strabo, Campum Martium tumulorum corona obseptum esse supra flumen ad alveum usque; hos vero (Tab. I. lit. E. F. G. H.) *a meridie decurrere ad Pontem usque Milvium, & Tiberis alveum, quo Campi latitudo intercluditur, patet adeuntibus. Quorsum igitur eorum meminit Strabo, si non ultra Portam Flaminiam* (lit. L), *quæ nunc est, Campus protendebatur; nec potius de Quirinali tantum* (lit. D), *& hortulorum colle* (lit. E) *facit mentionem, qui tamen nullo modo producuntur ad Tiberis alveum? Quamquam colles hi duo ejusmodi non sunt, ut cadere in eos possit, quod adserit Strabo:* Tumulorumque coronæ supra amnem usque ad alveum, scenæ quamdam ostentant speciem, a cujus spectaculo difficulter quis avellatur. *Quam enim coronam duo tantum efficerent, aut quam scenæ speciem ostentarent, qui videri vix possent? Fatetur id Nardinus, cum ait* (1): De his tumulorum coronis maxima est difficultas; licet enim colles Capitolinus, Quirinalis, & Pincius (*Tab. I. lit. C. D. & E.*) scenam quamdam videantur efficere; ostentare tamen hanc perambulantibus in Campo non poterant, a quo longe aberant. *Itaque, his omissis, alios subdit in eorum locum; at quam affirmate!* Juramento, *inquit*, contenderem, tumulorum coronas, de quibus loquitur Strabo, duos esse perexiguos colles Tiberi æque proximos, Citorium scilicet (*Tab. I. lit. M*), & Jordanum (*ead. Tab. lit. N.*) vulgo dictos. *Verum, si hoc est, cur de eo, quod adeo certum ipsi erat, addubitat paullo post; colles nimirum hi essent, an non? ait enim* (2): Si colles Jordanus, & Citorius, colles non erant, facile alteruter amphitheatri Statilii Tauri ruderibus crevit. *Esto; colles fuerint: videat tamen, utrum præbere coronæ speciem hi possent, adeo sejuncti cum sint; & an satis accedant ad flumen. Si e Flaminia Porta pedem Nardinus extulisset, vidisset profecto, de quibus collibus Strabo loquitur; nec eum opinor movisset, quod eis objicit:* Nec tumulorum nomen his, qui tam elati sunt, convenit; nec supra amnem dici possunt, qui tam procul distant ab amne: *Græca enim vox*, λόφος, *quam adhibet Strabo, cum de his loquitur, æque tumulos, ac colles significat; nec adeo iidem absunt a flumine, ut ei non immineant.*

III. *Cum igitur de his agere Strabo videatur; hi vero ad Pontem usque Milvium procurrant; si quis præterea Campus fuisset, qui ad Martium non pertineret, ut putat Donatus, dixisset utique hic auctor: quemadmodum facit, cum de suprema ejus parte disserit; postquam enim ejusdem magnitudinem, & quæ in eo fierent, generatim descripsit:* Proximus, *inquit*, huic campo alter est Campus, & porticus circumcirca quamplurimæ, & lucus, & theatra tria (*). *Loquitur de* pratis Flaminiis, *ac proinde de Campo etiam Tiberino, aut minori, sive Tarratiæ* (Tab. I. lit. A. P. Q.). *Cum vero unum ab altero ita distinguit, suspicio oboritur sane non levis, ea prata, auctoris sententia, Martio non contineri. Ita quidem putat Donatus; quod facile patebit ex finibus, quibus Martium circumscribit* (3): A Monte Quirinali, *inquit* (*lit. D*), ubi nunc palatium Pontificis, ducenda est ad Tiberim linea, quæ per Collegium Romanum (*lit. O*), Pantheon (*lit. I*), Campumque Floræ (*lit. P*) producta, ad ædes Farnesiorum (*lit. Q.*) in Tiberim desinat. Erit Campus Martius quidquid extra lineam erit; quidquid relinquetur propinquius Capitolio, erit minor Campus, Tarraciæ, Tiberinum, & prata Flaminia complexus.

IV. *Id ferme opinatur Nardinus, nisi quod statutos a Donato fines censet aliquanto laxiores; proinde ita ipse Martium definit, ut a Via Flaminia, quam modo* prodromum *vocant, prope Carboneani Principum ædes* (Tab. I. lit. R), *recta eundo ad templum Pantheon* (lit. I), *inde ad Montem Jordanum* (lit. N), *tum ad Tiberim, postre-*

(1) *Lib. 6. cap. 5.* (2) *Lib. 6. cap. 7.* (3) *Loc. cit.*

(*) Πλησίον δ' ἐστὶ τοῦ πεδίου τούτου καὶ ἄλλο πεδίον, καὶ στοαὶ κύκλῳ παμπληθεῖς καὶ ἄλση, καὶ θέατρα τρία.

Strabone ſembra favorir piuttoſto il parere degli Antiquarj di ſopra riferiti, che del Donati; imperocchè, dicendo egli, che la grandezza del Campo era maraviglioſa, indica ſenza dubbio qualche coſa d'inſolito e di non ordinaria miſura; giacchè non può eſſer maraviglioſo ciò che non ha della novità e dello ſtraordinario. E per parlare di quella porzione di terra, che il Donati toglie al Campo Marzio dalla parte del Ponte Molle, ſembra, che non ſianſi appoſti tanto male coloro, che ſono di diverſo parere; imperocchè Strabone dice, che il Campo Marzio era ricinto da una corona di colli ſovraſtanti al fiume fino al di lui alveo; ed ognuno che colà trasferiſcaſi, ben vede, che queſti (*Tav. I. lett. E, F, G, H*) ſi protraggono dal mezzodì fino al Ponte Molle, ed all' alveo del fiume, che circonda la larghezza del Campo. Or perchè Strabone fa menzione di eſſi, ſe il Campo Marzio non ſi eſtendeva più oltre dell' odierna Porta Flaminia (*lett. L*)? e non piuttoſto rammenta il Quirinale (*lett. D*), e 'l colle degli Ortuli (*lett. E*); i quali per altro in verun modo ſi protraggono fino all' alveo del Tevere? Sebben poi queſti due colli non ſono tali, che poſſa convenir loro ciò che aſſeriſce Strabone: *E le corone de' colli ſopra il fiume ſino al di lui alveo fanno sì delizioſa comparſa, che difficilmente un ſi diſtoglie dal rimirarla*: imperocchè qual corona mai, e qual comparſa avean a fare due ſoli colli, che appena potean vederſi? Lo confeſſa il Nardini, allor che dice [1]: *Di queſte corone di colli non lieve è la difficoltà. Il Campidoglio, il Quirinale, ed il Pincio* (Tav. I. lett. C, D, E), *benchè ſembrino far teatro, non potevano però far tale comparſa a chi paſſeggiava pel Campo, da cui erano aſſai diſgiunti*. E perciò laſciati queſti, ne ſuſtituiſce altri in loro vece; e con qual franchezza! *Giurerei*, dic'egli, *che i colli inteſi da Strabone, foſſero i due monticelli ugualmente vicini al Tevere, detti oggi, uno Citorio* (Tav. I. lett. M), *l' altro Giordano* (detta Tav. lett. N). Ma ſe così è, perchè mai poco dopo rivoca in dubbio quello di che egli era tanto ſicuro, cioè, ſe queſti foſſero, o non foſſero colli? *Se i colli Giordano, e Citorio*, ſoggiugne [2], *non erano allora colli, facilmente un di eſſi crebbe per le rovine dell' Anfiteatro di Statilio Tauro*. Ma dato, che ſiano ſtati colli, oſſervi poi, ſe queſti potevano far moſtra di corona, eſſendo così diſparati; e ſe ſiano baſtantemente vicini al fiume. Se il Nardini foſſe uſcito fuori della Porta Flaminia, avrebbe certamente veduto di quali colli parla Strabone; nè avrebbe fatto più caſo, per quel ch'io credo, di ciò ch'egli obbietta ai medeſimi: *Nè il nome di tumuli*, cioè a dir di piccoli monticelli, *conviene a queſti che ſono sì elevati; nè può dirſi, che ſovraſtino al fiume, eſſendone sì diſcoſti*. Imperocchè il vocabolo λόφος uſato da Strabone: allor che parla di quelli, in Greco tanto ſignifica colli, che tumuli; nè eſſi ſon così remoti dal fiume, che non gli ſovraſtino.

III. Vedendoſi adunque, che di queſti parla Strabone, e ſtendendoſi queſti fino al Ponte Molle, ſe vi foſſe ſtato qualche altro Campo non appartenente al Marzio, come penſa il Donati, ſenza dubbio quell'autore l'avrebbe detto, come fa, allor che parla della parte ſuperiore di eſſo; imperocchè, dopo averne raccontata in generale la grandezza, e ciò che in eſſo facevaſi, *Accanto a queſto Campo*, dice, *v' è un altro Campo con moltiſſimi portici al dintorno, con boſchi, e tre teatri* [1]. Parla de' prati Flaminj, e in conſeguenza anche del Campo Tiberino, detto altresì minore, o di Tarrazia (*Tav. I. lett. A, P, Q*). Diſtinguendo egli adunque in sì fatta guiſa l' uno dall'altro, naſce un ſoſpetto, che certamente non è di poco peſo, che que' prati, a ſentimento di queſto autore, non foſſero compreſi nel Campo Marzio. Così ſuppone il Donati, come ben rilevaſi dai confini, ne' quali reſtringe il medeſimo Campo. *Dal Monte Quirinale*, egli dice [3] (lettera D), *ove in oggi è il palazzo del Papa, ſi tiri una linea ſino al Tevere, la quale paſſando pel Collegio Romano* (lettera O), *pel Panteo* (lettera I), *per Campo di Fiori* (lettera P) *ſino al palazzo Farneſe, vada a terminare nel Tevere. Campo Marzio ſarà ciò che rimarrà fuori della linea, e ciò che reſterà più vicino al Campidoglio, ſarà il Campo minore, che comprende quello di Tarrazia, il Tiberino, ed i Prati Flaminj*.

IV. Poco meno che dello ſteſſo parere è il Nardini, ſe non che queſti giudica, eſſer alquanto più ampli i confini preſcritti dal Donati al Campo Marzio; e perciò egli lo limita in guiſa, che dalla Via Flaminia, detta in oggi il Corſo, preſſo il palazzo de' Principi di Carbognano (*Tavola I. lettera* R), andandoſi direttamente al Panteo (*lettera I*), quindi al Monte Giordano (*lettera N*), di poi al Tevere, e per fine al Citorio

(1) Nel lib. 6. al cap. 5. (2) Nel detto libro al cap. 6. (3) Nel luogo citato.

postremo ad Citorium (lit. M), *eidem tribuat quidquid intra hos terminos intercipitur spatii; reliquum vero adimat; quod trans eamdem viam ad colles Quirinalem* (lit. D), *&* *Pincium* (lit. E), *ac Portam Flaminiam* (lit. L.) *protenditur. Ego vero, si, propter auctorum veterum testimonia, Campum Minorem, seu* Prata Flaminia, *ab altero Majori, seu Martio scriptores hi discriminant, refragari eisdem non audeo. Sin idcirco Campum Martium imminuunt, quod, cum in eo juventus ludis exerceretur, & militaribus disciplinis, herba semper contectum & vacuum ædificiis eum esse oporteret, id vero est, quod satis mihi probari non potest; videntur enim timere, ne qua ædificia, quæ a Campo Martio ablegant, intra ejus fines comprehendant, si eosdem latius amplificent. Verum quid est, quod putant ædificiis Martium caruisse? An quod Marti sacer erat, & publicus? Arari quidem & coli nefas fuit; inædificari autem aliquot locis, ædificiis præsertim publicis, utrum liceret, paullo post investigabimus. At impediendæ juvenum exercitationes non fuerunt: quasi vero ea temere poni oportuisset; aut, etiamsi hæc loco & ordine ponerentur, non satis areæ præter ea superesset ad pilæ lusum, ad palæstram, & ad equorum decursiones. Neque vero tam angusti fines sunt, quos Donatus Martio constituit, ut & juventuti exercendæ, & publicis operibus satis esse non possent: in quo quidem plus vidit Nardinus, cum eos tantopere contraxit. Sed viderit etiam, utrum Campi magnitudo, quam reliquam facit, admiranda dici possit; quod vult Strabo. Scio, ab hoc auctore Campum dici herbis obsitum semper fuisse: id vero ita debet intelligi, ut totus viresceret? ubi enim ædificia sunt, herba certe non est: hæc autem amandatne Strabo procul a Martio? Postquam enim dixit* (1): Maxime qui nostra sunt ætate, Urbem multis, & elegantibus muneribus impleverunt; nam Pompejus, Divus Cæsar, & Augustus, hujusque filii, amici, & uxor, & soror, hujusmodi ornamentis omnem aliorum diligentiam, & liberalitatem superaverunt (*): *ita statim subjicit*: Horum pleraque Martius habet Campus. *Hæc sane, de quibus loquitur, ædificia fuerunt. Locus itaque iis fuit in Martio; ac necui dubia esse possit Strabonis sententia, quid statim subjicit, audiamus*: Itaque Romani locum hunc sacrificiis convenientissimum rati, illustrissimorum virorum monumenta in eo fecerunt, ac matronarum; quorum omnium præclarissimum est Mausoleum (*Tab. I. lit. S.*), agger prope amnem supra sublimem albi lapidis crepidinem congestus, & ad verticem usque semper virentibus arboribus coopertus: in fastigio statua Augusti Cæsaris; sub aggere loculi ejus, cognatorum, ac familiarium (**). *Jam vero porticus, quibus Campus ambiebatur, omnesne in pratis Flaminiis fuisse dicendæ sunt, ac ne una quidem in Martio, ad quam qui se in eo exercebantur, confugerent, si repentinus imber ingrueret? Quid? Cum Cæsar Septa Tributis Comitiis facturus fuit marmorea* (Tab. I. lit. T), *eaque conclusurus excelsa porticu, quæ mille passus conficeret; nihilne videtur ædificaturus in Campo Martio fuisse? Hæc ejusmodi sunt, ut ab ipso Nardino, licet prius reluctaretur, has tandem voces expresserint* (2): Putabimusne, tractu illo toto nullam omnino fuisse porticum, qui plurimas in Campo fuisse posuimus? Nec enim absurdum crediderim, inter ædificia recensita, si non privatorum civium ædes, saltem publicas fuisse positas.

V. *Exposui breviter, quænam essent auctorum de Campo Martio sententiæ, ac præcipue Donati & Nardini, qui omnium diligentissime de eo scripserunt. Cum tamen ex his nihil certi deprehendatur; quin diffidere inter se eos ipsos intelligamus: illud, opinor, liquet, incomperta esse omnia, quæ de Campo Martio traduntur, ac proinde liberum unicuique esse in hac controversia sequi partem, quam velit. Itaque quis merito reprehenderit, quod Blondi, & aliorum, quos superius recensui, sententiam fuerim sequutus? Præsertim cum mihi magis hæc faveat, qui non Campi Martii fines mihi statuendos susceperim, sed describenda potius veterum monumenta, quorum vestigia in tota ea extra*

(1) *Loc. cit.* (2) *Lib. 6. cap. 5.*

(*) Μάλιστα οἱ νῦν κατ' ἡμᾶς, οὐ δὲ τούτου κατυστερήσαν. ἀλλ' ἀναθημάτων πολλῶν καὶ καλῶν ἐπληρώσαντες πόλιν. Καὶ γὰρ Πομπήιος, καὶ ὁ Θεὸς Καισαρ, καὶ ὁ Σεβαστος, καὶ οἱ τούτου παῖδες, καὶ οἱ φίλοι, καὶ ἡ γυνὴ, καὶ ἡ ἀδελφὴ, πᾶσαν ὑπερβάλλοντο, σπουδὴν καὶ διαπάνην εἰς τὰς κατασκευάς. Τούτων καὶ τὰ πλεῖστα ὁ Μάρτιος ἔχει κάμπος.

(**) Διοπὲρ ἱεροπρεπέστατον νομισαντες τὸν τόπον τοῦτον, καὶ τὰ τῶν ἐπιφανεστάτων μνήματα ἐν ταῦθα κατασκεύσαν ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν. Ἀξιολογοτατον δὲ τὸ Μαυσωλεῖον καλούμενον ἐπὶ κρηπῖδος ὑψηλῆς λευκολίθου πρὸς τῷ ποταμῷ χῶμα ἄχρι κορυφῆς τοῖς ἀειθαλέσι τῶν δένδρων συνηρεφες. Ἐπ' ἄκρω μὲν οὖν εἰκὼν ἐστὶ χαλκῆ τοῦ Σεβαστοῦ Καισαρος. Ὑπὸ δὲ τῷ χωμάτι θῆκαι εἰσὶν αὐτοῦ, καὶ τῶν συγγενῶν, καὶ οἰκείων.

torio (*lett. M.*), gli attribuiſce lo ſpazio compreſo dentro queſti confini, togliendogli tutto il reſto, che, oltre la detta via, s' eſtende ſino ai colli Quirinale (*lett. D*), e Pincio (*lett.E*), ed alla Porta Flaminia (*lett. L*). Io poi non oſo contraddire a queſti ſcrittori, ſe indotti dalle teſtimonianze degli antichi autori dividono il Campo Minore, o ſiano i Prati Flaminj, dal Maggiore, ovvero Marzio. Ma ſe reſtringono il Campo Marzio, perchè queſto, eſercitandoviſi la gioventù ne' giuochi, e negli eſercizj militari, doveva eſſer ſempre riveſtito di erba, e non impedito da edifizj, queſto è ciò che non poſſo indurmi ad ammettere: imperocchè ſembra, che paventino di comprendere ne' confini del Campo Marzio un qualch' edifizio, che da eſſo vogliono affatto rimoſſo, ſe ne dilatano un poco più gli ſteſſi confini. Ma perchè mai ſuppongono, che nel Campo Marzio non vi foſſero edifizj? Forſe perchè era pubblico, e conſagrato a Marte? Certo che l'ararlo e'l coltivarlo, non era lecito; il farvi poi in qualche parte degli edifizj ſpezialmente pubblici, ricercheremo fra poco, ſe foſſe coſa lecita. Ma non doveano reſtar impediti gli eſercizj della gioventù: quaſi che foſſe ſtato d'uopo il collocare in ogni luogo tali edifizj, o ſebbene ſi foſſero collocati in luogo proprio, e con ordinanza, non vi foſſe avanzato luogo baſtante per giuocare alla palla, alla lotta, e per le corſe de' cavalli. E pure i confini aſſegnati dal Donati al Campo Marzio, non ſono poi così anguſti, che non vi rimaneſſe luogo da eſercitarviſi la gioventù, e farvi edifizj pubblici: nel che è ſtato certamente più oculato il Nardini, avendoli cotanto riſtretti; ma dovea ancor riflettere, ſe la rimanente porzione ch' egli attribuiſce al Campo, dir ſi poteſſe maraviglioſa, come Strabone vuol ch' ella foſſe. So, che dice queſto autore, il Campo Marzio eſſere ſtato ſempre ricoperto di erba: e per queſto dovrà forſe intenderſi, che foſſe tutto verdeggiante? giacchè ove ſon gli edifizj, egli è certo, che non v' è erba: ma forſe che queſti vengono molto lontano dal Campo Marzio collocati da Strabone? il quale, dopo aver detto [1], *Coloro ſpezialmente che vivono a' tempi noſtri, hanno riempiuto Roma di molte ed eleganti opere; imperocchè Pompeo, il Divo Ceſare, ed Auguſto, ed i coſtui figliuoli, amici, e la moglie, e la ſorella, han ſuperato con tali ornamenti tutta la diligenza e la liberalità degli altri* [2], toſto così ſoggiugne: *La maggior parte di queſti ornamenti ſono nel Campo Marzio.* Or le opere delle quali egli parla, non v' ha dubbio, che furono edifizj. Dunque furono ſituati nel Campo Marzio; e perchè niuno dubitar poſſa, che così l' intendeſſe Strabone, udiamo ciò che immediatamente aggiugne: *I Romani per tanto tenendo queſto luogo per convenevoliſſimo a i ſacrifizj, erſero in eſſo i monumenti degli uomini di maggior luſtro, e delle matrone; il più magnifico de' quali ſi è il Mauſoleo* (Tav.I. lett.S), *ch'è un tumulo ſituato in riva al fiume ſopra un' eſtremità ſublime di marmo bianco, e coperto fino alla cima d'alberi ſempre verdeggianti: nella ſommità è la ſtatua di Ceſare Auguſto; e ſotto il tumulo rimangono i nicchj di lui, de' ſuoi conſanguinei, e de' famigliari* [3]. Ora dee forſe dirſi, che i portici, da' quali era circondato il Campo Marzio, foſſero tutti ne' prati Flaminj, e che niuno in eſſo ne rimaneſſe, ove rifugiarſi al ſopraggiugnere d' una pioggia improvviſa coloro che in eſſo facevano gli eſercizj? Ma che? Allor che Ceſare pensò di far nel Campo Marzio i Septi di marmo (*Tav. I. lett. T*) pe' Comizj Tributi, e racchiuderli con un altiſſimo portico della eſtenſione d' un miglio, è egli veriſimile, che nulla foſſe per fabbricare nel Campo Marzio? Queſti rifleſſi ſon così forti, che avuti in viſta dal Nardini, avvegnachè alla prima vi ripugnaſſe, lo hanno finalmente indotto a dire [4]: *Crederemo noi, che in tutto quel tratto non foſſe alcun portico, de' quali eſſere ſtato dovizioſo il Campo, abbiam preſuppoſto? non giudicando io coſa impoſſibile, che fra l' uno e l' altro degli annoverati edifizj foſſero ſtate innalzate altre fabbriche, ſe non private, almen pubbliche.*

V. Ho eſpoſto brevemente, quali foſſero i ſentimenti degli autori intorno al Campo Marzio, ed in iſpezie del Donati, e del Nardini, che con ſomma eſattezza ne hanno ſcritto. Ma nulla di ſicuro ricavandoſi da eſſi, anzi conſiderando, eſſervi fra loro ſteſſi della diſcrepanza; è coſa, come io credo, manifeſta, che di quanto del Campo Marzio ſi va dicendo, tutto s' ignora, e che perciò è in libertà di ciaſcheduno il prendere in queſta controverſia quel partito ch' ei vuole. Per la qual coſa chi potrà a ragione riprendermi d' aver ſeguito il parere del Biondi, e degli altri di ſopra da me citati? Molto più che queſto favoriſce maggiormente il mio impegno, che non è già di determinare i confini del Campo Marzio, ma piuttoſto di deſcrivere gli antichi monumenti, le cui veſtigie con una ben grande fatica da me ricercate, m' è riuſcito di trovare in tutta quella

(1) Nel loc. cit. (2) Nel lib. 6. cap. 5.

extra Urbem planicie, de qua disputatur, magno sane labore conquisita repererim. Verum non solum omni me culpa liberat, sed, ut alacrius persequar, quod institueram, facit Donatus, qui post fines, quos magis idoneos putavit, Martio positos, post veterum scriptorum hac de re testimonia, post rationum momenta accurate perpensa, id tandem palam profitetur: Ex his, quæ diximus, perspici potest, Martii nomine latiore significatione intelligi quidquid interjacet fluvium, Capitolium, Quirinalem, & Pincium. *Spectant hæc quidem ad superiorem Campi Martii partem; sed erui inde etiam potest, quid dicendum de inferiori, seu reprehendendine sint qui Campi fines ad Pontem Milvium protendunt, an qui ad Portam dumtaxat Flaminiam; nam, præterquam quod æque obscura hac etiam in disceptatione omnia sunt, æque incerta, Donatus Campum Porta Flaminia, non certa ratione, sed opinione ductus, ut præsefert, ita definit, ut ultra etiam progressum innuere videatur; scribit enim:* Itaque, sicut Campus Martius terræ spatium relinquebat Urbi propinquius; sic aliud propinquius Milvio Ponti, medius ipse: *quod cum ait, aliquod potius soli spatium Milvio ponti propinquius secernere videtur a Martio, quam totum, quantum est, a Porta ad eumdem Pontem; qua enim ratione solum, quod Portæ conjunctum extra est, propinquius dici poterit Milvio, quam Martione, an Urbi? Utrique certe propinquius, quam Ponti.*

VI. *Quod si quis nonnihil spatii, ubi colles desinunt prope Milvium, adimendum putet a reliquo, id autem censeri nolit Campi nomine, de quo non pugno; corruat, necesse est, quod aliter sentientibus Donatus objicit: villas scilicet, & fundos privatorum ad eum pontem fuisse, quibus in Campo publico, qualis certe dicendus is erat, si Martius fuisset, locus esse non poterat:* Scribit enim, *inquit*, Cicero, de Pomptino, & Flacco Prætoribus loquens; qui missi a se fuerant, ut Allobrogum legatos comprehenderent [1]: Occulte ad Pontem Milvium pervenerunt, atque ibi in proximis villis ita bipartiti fuerunt, ut pons inter eos & Tiberis interesset. *Nihil, inquam, hæc ratio valeret; is enim locus privatus fuisset, ac proinde privatorum villis idoneus. Secus quid, si in extremo illo Campi Tiberisque confinio licuit privatis villas extruere ad ripæ ornatum & securitatem; præsertim cum ea Campi pars tam longe abesset ab Urbis frequentia? Certe, ut ait Donatus* [2], fuere in Campo, aut utriusque Campi finibus, *Martii scilicet, & pratorum Flaminiorum*, thermæ Agrippæ, quas is excitavit prope Pantheon. *Thermis horti ejusdem fuere contermini, ut ait etiam Nardinus. Verisimile autem est ex allato testimonio, hos, aut eorum saltem partem in Campo fuisse positam: fuerunt nihilominus privati hominis; eos enim moriens Agrippa populo legavit. Quod igitur fas fuit in superiori hoc prope Urbem confinio, ut utriusque Campi partem privatus possideret; cur in inferiori ad alveum Tiberis confinio interdictum putabimus? Quamquam, ut hæc non ita fuerint, quid hinc in eos elicitur, qui Martium ad ipsam fluminis ripam protrahunt? Villæ namque, de quibus loquitur Cicero, cis flumen ita esse potuerunt, ut essent tamen ultra collium finem, ubi Campus desinebat ad Orientem: ita & in pontis vicinia fuissent, & extra Campum: quod* Tabulas I. & III. *inspicienti patebit. Estne, præter ea, quod Donatus opponat? Nihil profecto, præter Campi magnitudinem; de qua satis, opinor, diximus, cum Tyrannorum latifundium eam fuisse respondimus. Contra cum rationes utrinque desint, quæ rem evincant, si propugnanda conjecturis ea caussa est, cui Donatus refragatur, levis fortasse momenti videbitur, nec tamen omittendum, quod de Martio a Tarquiniis sato ait Livius* [3]: Desertam cum stramento segetem magna vis hominum fudere in Tiberim. *Id quidem de paucis agri jugeribus dictum non puto. Martium præterea equis pascendis aptum fuisse, refert Dionysius: quod sane non ad opportunitatem tantum referri, arbitror, oportere, sed ad ipsam etiam pastionem, ad quam equi eo deducerentur; cum novum non sit, aut mirum, prata equis esse alendis accommodata. Jam vero quis opinabitur, Romanos ibi ludis & militiæ tyrocinio assuescere voluisse, ubi equi essent in pa-*

(1) *Orat. 3. in Catilin.* (2) *Lib. 3. cap. 19.* (3) *Lib. 1.*

quella pianura fuor di Roma, della quale si tratta. Il Donati però non solamente mi libera da qualsivoglia taccia, ma mi dà sempre più coraggio a proseguir la mia impresa, allor che, dopo d'aver assegnato al Campo Marzio que' confini che gli son sembrati i più convenienti, dopo aver riferito intorno a ciò le testimonianze degli antichi Scrittori, e dopo aver ponderata con diligenza la forza delle ragioni, finisce con protestarsi apertamente così: *Da ciò che abbiam detto, si può riconoscere, che sotto nome di Campo Marzio in più largo significato s' intende tutto quel tratto che rimane tra 'l fiume, il Campidoglio, il Quirinale, ed il Pincio.* Egli è vero, che quì si tratta della parte superiore del Campo Marzio; ma può altresì ricavarsi da tali parole ciò che dir si debba della parte inferiore, cioè se meritino d'esser ripresi coloro che estendono il Campo Marzio fino al Ponte Molle, o quei che lo restringono alla Porta Flaminia; imperocchè, oltre l'essere ugualmente incerto ed oscuro anche tutto ciò che appartiene a questa disputa, il Donati circoscrive il Campo Marzio dentro la porta Flaminia, non già stimolato da sicura ragione, ma, per quanto dà a divedere, dalla sua opinione; talchè sembra d'estenderlo anche più oltre, scrivendo: *Per tanto, siccome il Campo Marzio lasciava più vicino alla città una parte di terra, così un' altra ne lasciava più vicino al Ponte Molle, restando esso nel mezzo*: il che dicendo, sembra separare dal Campo Marzio piuttosto una porzione di terra più vicino al ponte Molle, che tutto quel tratto di paese, il quale dalla porta si estende fino al medesimo ponte. Poichè con qual ragione potrebbe mai dirsi, che il suolo confinante per di fuori con la porta, sia più vicino al Ponte Molle, che al Campo Marzio, o alla Città? Egli è certo, ch' è più vicino all'uno e all'altra, che al Ponte.

VI. Che se qualcuno giudicasse, che presso il ponte Molle, ove terminano i colli, debbasi dismembrare dal rimanente qualche tratto di terreno, e che questo debba dirsi non compreso nel Campo Marzio, del che io non questiono; ne verrà in conseguenza, che il Donati non potrà più obbiettare a chi fosse di diverso sentimento, che presso quel ponte vi fossero ville e fondi de' privati, incompatibili con un Campo pubblico, quale certamente dovea dirsi quello, se fosse stato Campo Marzio: *Scrivendo*, dic'egli, *Cicerone, mentre parla de' Pretori Pontino, e Flacco, che da esso erano stati mandati ad arrestare gli ambasciadori degli Allobrogi*: [1] *Giunsero segretamente al Ponte Molle, e quivi si divisero nelle ville vicine in maniera, che il fiume ed il ponte rimaneva fra gli uni e gli altri*. Questa ragione, dico, più non sussisterebbe; poichè un tal luogo sarebbe privato, e in conseguenza atto per le ville de' privati. All'incontro, che sarebbe mai, se si ammettesse, che in quell' ultimo confine del Campo e del Tevere, fosse stato lecito ai privati di fabbricar ville per ornamento insieme e difesa della riva, essendo particolarmente quella parte di Campo, per la gran lontananza sì poco frequentata da' cittadini? Si sa, e lo confessa ancora il Donati, che [2] *su i confini del Campo Marzio, o dell' uno e l' altro Campo*, cioè del Marzio, e de' Prati Flaminj, *vi furono le terme d' Agrippa, da lui fabbricate presso il Panteo*, e che confinanti colle terme vi furono altresì i di lui orti, come confessa anche il Nardini. Or egli è ben verisimile, secondo la riferita testimonianza, che questi, o almeno una parte di essi, fosse stata posta nel Campo: e nondimeno appartennero ad un privato; giacchè Agrippa, morendo, ne fece donazione al popolo. Per tanto, se ad un privato fu lecito il possedere vicino alla Città una parte dell'uno e dell'altro Campo, perchè crederem noi, che fosse ciò vietato nel confine inferiore presso l'alveo del Tevere? Benchè per altro, quantunque ciò non avvenisse, che cosa mai se ne può rilevare contra coloro che estendono il Campo Marzio fino alla riva del Tevere? Imperocchè le ville, di cui parla Cicerone, poteron essere di quà dal fiume sì, ma oltre il confine de' colli, ove il Campo terminava verso l' Oriente; sicchè state sarebbono e in vicinanza del ponte, e insieme fuori del Campo, come può vedersi dalle *Tav I. e III.* Che cosa rimane oltre a ciò al Donati da opporre? Niente affatto, fuori della grandezza del Campo, della quale crediamo d' aver parlato abbastanza, allor che abbiam risposto, essere stato esso un gran podere de' tiranni. All' opposito, mancando e dall' una e dall' altra parte le ragioni che pongano la cosa in chiaro, quando la causa, a cui il Donati si oppone, s'abbia a difendere per via di conghietture, sembrerà per avventura di poco rilievo, ma non però da tralasciarsi, ciò che racconta Livio del Campo Marzio seminato da Tarquinj [3]: *Segate le biade con lo strame, da una gran moltitudine d' uomini furon gittate nel Tevere*. Il che suppongo non essere stato certamente detto d'un Campo di pochi jugeri. Riferisce in oltre Dionigi, che il Campo Marzio era atto a pascere i cavalli: il che giudico doversi riferire non solamente al comodo, ma al pascolo stesso, per cui colà si conducevano i cavalli; non essendo cosa nuova, o da recar maraviglia, che per nutrimento di questi si lasciano

(1) Nell' oraz. 1. contra Catilin. (2) Al lib. 3. cap. 19. (3) Al lib. 1.

in paſcuis? Multo ſane aptius Campo extra portam Flaminiam producto ſuus utrique muneri locus conſtitiſset.

VII. *Et quoniam de equis ſermo incidit: qua potiſſimum Campi parte eos curſu dicemus exercitos? Ait enim Ovidius* (1):

Altera gramineo ſpectabis equiria Campo,
Quem Tiberis curvis in latus urget aquis.

Id quidem intelligi non poteſt de Circo Agonali, ut ſentit Nardinus (2), *aut de area, quæ tum fuerit ante ædem S. Mariæ in Aquiro, aut de eo Campi Minoris, ſeu Tiberini ſpatio, quod flumini adjacet, ubi via modo eſt, quam* Juliam *vocant; hic enim Campus extra Martium fuit; cum tamen adſerat Varro* (3): Equiria ab equorum curſu; eo enim die currunt equi in Campo Martio: *Nec ejuſmodi hæc loca ſunt, ut in latus urgeantur a Tiberi, ut ait Ovidius. Sed ſi quis* Tabulam I. *inſpexerit, curvari Tiberim facile agnoſcet a portu, ſeu ripa, ut ajunt, minori* (lit. V), *longo & æquabili pene flexu ultra portam Flaminiam* (nempe uſque ad lit. f), *ibique Campi latus urgendo, planitiem, quæ proximis collibus clauditur, anguſtiorem efficere.*

VIII. *Atque hujus quidem Campi, ſi publicus non fuit, quid attinuit anguſtias laxare, exciſis collibus* (F. G. H.) *qui ad alterum latus ſunt, & ad perpendiculum ſecti? Ad viam, inquiet aliquis, ſecundum montes ducendam, ut recta pergeret ad Pontem. De hac alio loco dicemus. Verum, ſi id eſt, ſatis, opinor, fuit primum collem* (lit. F.) *poſt Portam* (lit. L.) *aliquanto ſuperius* (lit. q), *quam nunc eſt, olim poſitam* (4), *quoquo modo minuere; reliquos* (G. H.) *attingere non fuit neceſſe, cum via longe ab eis recedat. Cum vero hujuſmodi collium non radices tantum, quæ in planitiem incurrerent, ſed apices etiam exſectos atque adeo ipſa eorum latera videamus, ubi inter ſe abjunguntur, & ſinum introrſus efficiunt; quid eſt, cur tanto labore & ſumptu complanandæ viæ ratio dicatur quæſita, potius quam loci dignitas, ut ea auctior eſſet planities, & collibus mollitis, gratior eorum proſpectus ad oculos accideret? Movet tamen me magis in hac cauſſa, quod Julius Cæſar, cum de Urbe augenda cogitaret, fieri volebat, Ciceronis teſtimonio* (5): A Ponte Milvio (*lit.* B.) Tiberim duci ſecundum Montes Vaticanos (*lit.* X.): Campum Martium tum ædificari; illum autem Campum Vaticanum (*lit.* Y) fieri quaſi Martium Campum. *Nam, ſi Porta Flaminia, quæ nunc eſt, Campus Martius definiebatur, quid opus fuit mutato fluminis alveo, cum tantum ſpatii ſupereſſet ad Pontem uſque Milvium, quod ſubderet, in locum veteris Martii? Hic vero ſi tam anguſtos fines habuit, quam putat Donatus, cur tam immane ſpatium comprehendendum Cæſar putavit, ducto jam inde a Ponte Milvio deducendi Tiberis initio, cum breviori via tantundem agri novo habendo Martio poſſet ſufficere? Hæc fere ſunt, quæ in utramque partem diſputari poſſunt in hac controverſia. Donatus Martium Porta concludit. Nardinus, quid ſentiat, non adſerit. Blondus, aliique ad Pontem protrahunt. Horum ego ſententiam tueor. Quare ſuccenſere mihi nemo poterit, cum agmen non ducam, ſed ſequar præeuntes*

CAPVT SECVNDVM.

De Campi Martii nomine, ejuſque conſecratione, & operibus in eo factis uſque ad tempora Tarquinii Superbi.

I. EX *Livii loco, quem Cap. I. retulimus, Campum, de quo agimus, Martium fuiſſe dictum, didicimus, quod Marti fuerit conſecratus: quo autem tempore, vel a quo, nemo veterum aperte docuit; ait enim Dionyſius* (6): Deinde bona tyrannorum (*ſcilicet Tarquiniorum*) in medium protulerunt, & civibus, quantum quiſque vellet, inde auferre permiſerunt: terram vero, quam illi poſſederant, diviſerunt civibus agro caren-

(1) *Faſt. lib.3.* (2) *Lib.6. cap.5.* (3) *De ling. Lat. lib.5.* (4) *Vid. cap.VI. art.XXII.* (5) *Lib.13. ad Attic. ep.13.* (6) *Lib.5.*

appunto i prati. Laonde chi mai s'indurrà a credere, che i Romani far volessero i lor giuochi ed esercizj militari in un luogo, ove stavano a pascere i cavalli? Or quanto più torna l'estendere il Campo fuori della porta Flaminia, per trovar luogo e all'una e all'altra di queste cose.

VII. E giacchè siamo nel discorso de'cavalli, in qual parte precisa del Campo vogliam dire che si facesse quella lor corsa, di cui parlando Ovvidio, dice [1]: *Vedrai altre corse di cavalli nel Campo erboso, ove il Tevere incurvato incalza da un lato colle acque.* Ciò non si può certamente intendere nè del Circo Agonale, come suppone il Nardini [2], nè dell'aja che a que'tempi potè esser avanti la chiesa di S.Maria in Aquiro, e nè tampoco di quel tratto di Campo, chiamato Minore, o Tiberino, adiacente al Tevere, ov'è l'odierna strada Giulia; imperocchè questo Campo era fuori del Marzio: e Varrone all'incontro asserisce, che [3] *l'Equirie eran così chiamate dalla corsa de' cavalli, correndo in tal giorno i cavalli nel Campo Marzio.* E poi questi siti non son tali, che siano fiancheggiati dal Tevere, come racconta Ovvidio. All'incontro chi offerverà la *Tav. I.* ben vedrà, piegarsi il Tevere dal porto, o sia Ripetta, come la chiamano (*lett. V*), fin passata la porta Flaminia (*alla let. f*) con una lunga e pressochè uguale curvatura, e quivi fiancheggiando il Campo, render più stretta la pianura racchiusa dai vicini colli.

VIII. E se questo Campo non era pubblico, che importava l'allargarne la strettezza col taglio de' colli (*F, G, H*) che rimangono dall'altra parte, tirato a piombo dall'alto al basso? Per far la via, dirà qualcheduno, rasente ai monti, acciocchè ne andasse diritta al ponte. Di questa parleremo altrove. Ma s'egli è così, bastava, a mio giudizio, il diminuire un poco il primo colle (*lett. F*) passata la porta (*lett. L*), che allora era situata un poco più sopra di quel ch'ella è al presente [4]: di toccar gli altri colli poi non v'era alcuna necessità, essendo molto lontani dalla via. Sicchè, vedendosi, che si son tagliate non solamente le radici di questi colli, come quelle, che sporgevano nella pianura, ma le cime altresì, ed i lati che li dividono, e formano verso dentro de' seni; come può dirsi, che con tanta spesa e fatica siasi cercato piuttosto di spianare una via, che di render quel sito più orrevole con l'accrescimento della pianura, e i colli stessi con una sì fatta diminuzione più vaghi alla vista? Ciò che per altro più stimo in questa causa, si è l'idea, che, al dire di Cicerone [5], ebbe Giulio Cesare, allor che pensava a dilatar la Città, di *condurre il Tevere dal Ponte Molle* (lett.B) *lungo i monti Vaticani* (lett.X), *di poi fabbricare il Campo Marzio, e far come un Campo Marzio il Campo Vaticano.* Imperocchè, se il Marzio avesse terminato all'odierna porta Flaminia, che bisogno vi sarebbe stato di mutare il letto al Tevere, giacchè vi rimanea tanto sito fino al ponte Molle da sustituire in luogo dell' antico Campo Marzio? E se questo, come pensa il Donati, era sì angusto, perchè Cesare pensò di dover abbracciare uno spazio così smisurato, imprendendo a disviare il Tevere dal ponte Molle, poichè, per far la cosa con tanto maggior facilità, bastava altrettanto sito a farvi il nuovo Campo Marzio? Queste ed altre simili son le ragioni che in tal controversia possono addursi per una parte e per l' altra. Il Donati racchiude il Campo Marzio dentro la porta; il Nardini non ispiega il suo sentimento; il Biondi, ed altri l'estendono fino al ponte Molle: ed io m'attengo al parere di questi. Sicchè niuno potrà attaccarmi, non essendo io capo di partito, ma seguace d'altri che m' han preceduto.

CAPITOLO SECONDO.

Del nome del Campo Marzio, della consagrazione di esso, e delle opere fattevi fino a' tempi di Tarquinio Superbo.

I. DAL passo di T.Livio riferito al Cap.I. abbiam saputo, chiamarsi Marzio il Campo, di cui si tratta, per essere stato consagrato a Marte: il che però in qual tempo, o da chi fosse eseguito, niuno degli antichi lo ha chiaramente lasciato scritto; così dicendo Dionigi [6]: *Furono poscia esposti i beni de' tiranni* (cioè de'Tarquinj), *sicchè i cittadini se ne prendessero a lor piacere. Le lor terre poi furon distribuite a que' cittadini che non ne avevano, eccettuatone il*

 Campo

(1) Nel lib.3. de' Fasti. (2) Nel lib.6. al cap.5. (3) Nel lib.5. della ling.Lat. (4) Vedi il Cap.VI. art.XXII. (5) Nel lib.13. pist.13. ad Attic. (6) Nel lib.5.

carentibus, unum modo Campum excipientes; qui situs est inter Urbem, & fluvium. Hunc Marti prima ætas consecraverat, veluti aptissimum equis pratum, & juventuti in armis exercendæ gymnasium. Tarquinius vero, licet suo tempore, atque antea, ager hic sacer eidem Deo esset, in suos eum usus conserere instituerat, ut satis arguit decretum per Consules de ipsius Campi frugibus promulgatum. Cum enim omnia tyrannorum bona agenda ferendaque permisissent populo, quidquid frumenti hujus Campi erat vel in areis, vel in stipula, vel tritum jam, nulli permiserunt asportare, vel in horrea inferre, sed ut exsecratum, in profluentem abjici jusserunt [*]. *Patet ex hoc loco, Campum, quem Tarquinius Superbus occupaverat, Marti a prima ætate fuisse consecratum. Quæ vero prima ætas, nisi Romuli? Ab eo itaque consecratum oportuit. Id quidem Festus significare videtur, ubi ait* [1]: Equiria Ludi, quos Romulus Marti instituit per equorum cursum, qui in Campo Martio exercebantur (Tab.III. fig.I. num.1.): *item Livius* [2], *ubi narrat, exercitum ab Romulo in eodem Campo ad Capreæ paludem* (Tab.III. fig. I. num. 2.) *fuisse recensitum* [a]. *Quare aram Martis* (num. 3.), *ad quam, Festus* [3] *auctor est, Numam decrevisse, ut solitaurilia caederentur, cum non dicatur ab hoc Rege posita* [b], *ab ipso Romulo positam fuisse, dicendum est* [**]; *primaque equiria in Campo ad augendam consecrationis celebritatem fuisse facta.*

II. *Pendet tamen animi Nardinus, quid sibi statuendum sit in hac controversia; ait enim, de Campo Martio loquens* [4]: Sacer erat Marti, a quo Martius dictus est; verum a quo, vel quo tempore consecratus fuerit, & ita dictus, aliter sentit Livius, aliter Dionysius: ille a populo, post Tarquinios Urbe exactos, consecratum narrat; hic prius consecratum, deinde a Tarquiniis occupatum, ac tandem a populo in pristinos usus restitutum. *At ubi negavit Livius, Campum Martium, priusquam a Tarquiniis occuparetur, fuisse Marti sacrum? An, quod dixerit:* Ager Tarquiniorum, qui inter Urbem, ac Tiberim fuit, consecratus Marti, Martius deinde campus fuit? *Contraria hæc quidem Dionysio non sunt, si recte percipiantur; dicit enim Livius, Campum fuisse sacrum Marti: a quo autem, aut quando consecratum fuerit, reticet. Neque aliter conjiciendum est, quod addiderit:* Martius deinde Campus fuit: *ostendit enim his verbis, ex eo, quod Marti sacer esset, factum deinde fuisse, ut Martius diceretur, & hoc nomine apud posteros inclaresceret. Quamquam non reticuit Livius consecrationis hujus auctorem Romulum, cum scripsit, exercitum ab eo ad Capreæ paludem recensitum, aut cum Tullii Regis edictum retulit* [5], ut omnes cives Romani, equites peditesque, in suis quisque centuriis in Campo Martio prima luce adessent. Ibi instructum exercitum omnem sue, ove, taurisque tribus lustravit, *ad aram scilicet Martis, quam Romulus in Campo statuerat.*

III. *Quid Romulum moverit, ut Marti Campum consecraret, colligi ex eo posse, arbitror, quod ibidem exercitum primus recensuit; intelligebat enim hostium multitudini, quibus undique premebatur, suos pares esse non posse, nisi quantum concederent numero, tantum militari disciplina præcellerent. Itaque id unum studuit, ut eos iis artibus erudiret, quas docet Vegetius* [6]: In omni prælio non tam multitudo, & virtus indocta, quam ars, & exercitium, solent præstare victoriam..... Adversus omnia profuit tyronem solertem eligere, jus armorum docere, quotidiano exercitio roborare; quæcumque evenire in acie atque in prœliis possint, omnia in campestri meditatione prænoscere; severe in desides vindicare. Scientia enim rei bellicæ dimicandi nutrit audaciam.

(1) *Lit.F.* (2) *Lib.1.* (3) *Lit. S.* (4) *Lib.6. c.5.* (5) *Lib. 1.* (6) *De re milit. lib.1. cap 5.*

(*) Ἔπειτα τὰς οὐσίας τῶν τυράννων εἰς τὸ κοινὸν πᾶσι τοῖς πολίταις φέρειν, ἔθεσαν συγχωρήσαντες ὅσον ἂν λάβοι τις ἐξ αὐτῶν ἔχειν· καὶ τὴν αὐτῶν γῆν ὅσην ἐκέκτηντο, τοῖς κλῆρον οὐκ ἔχουσι διένειμαν, ἓν μόνον ἐξελόμενοι πεδίον, ὃ κεῖται μεταξὺ τῆς τε πόλεως, καὶ τοῦ ποταμοῦ. Τοῦτο δὲ Ἄρεος ὑπάρχειν ἱερὸν οἱ πρότεροι ἐψηφίσαντο, ἵπποις τε λειμῶνα καὶ νέοις ἀσκοῦσι τὰς ἐνοπλίους μελέτας γυμνάσιον ἐπιτηδειότατον. Ἔτι δὲ καὶ πρὸ τούτου ἱερὸν ἦν τοῦ Θεοῦ τοῦδε· Ταρκύνιος δὲ σφετερισάμενος ἔσπειρεν αὐτό· μέγιστον δ' ἡγοῦμαι τούτου τεκμήριον εἶναι τὸ πραχθὲν ὑπὸ τῶν ὑπάτων τότε περὶ τοὺς ἐν αὐτῷ καρπούς. ἅπαντα γὰρ ἐπιτρέψαντες τῷ δήμῳ τὰ τῶν τυράννων ἄγειν τε καὶ φέρειν, τὸν ἐν τούτῳ γενόμενον τῷ πεδίῳ σῖτον ἐπὶ ταῖς ἅλωσιν ἔτι κείμενον, τὸν δ' ἐπὶ τοῖς καλάμοις καὶ τὸν ἤδη κατειργασμένον, οὐκ ἐπέτρεψαν οὐδενὶ φέρειν, ἀλλ' ὡς ἐξάγιστόν τε καὶ οὐχ ὡς ἐπιτήδειον εἰς οἰκίας εἰσενεχθῆναι, εἰς τὸν ποταμὸν καταβαλεῖν ἐψηφίσαντο.

(a) *Equiriorum locum indicat Ovidius Fastor. lib. 3. ubi ait:* Altera gramineo spectabis equiria Campo, quem Tiberis curvis in latus urget aquis: *ut diximus capit. art. VII. Paludis Capreæ incerta sedes; in eaque describenda Nardini conjecturam sequuti sumus, lib.4. c.4. quod nobis probabilior visa est.*

(b) *Hæc etiam ara posita est ex Nardini sententia lib. 4. c.6.*

(**) *Festus loc. cit.* Quojus auspicio, classe procincta, opeima spolia capiuntur Jovi Feretrio darier, oporteto. Secunda spolia in du Martis asam en do Campo solitaurilia........, cedito. *De his spoliis late Stampa in Sigonii Fastos Consulares.*

Campo situato fra la Città ed il fiume. La prima età avealo consagrato a Marte, come prato opportunissimo pe' cavalli, e luogo attissimo per gli esercizj militari della gioventù. Tarquinio poi, avvegnachè a suo tempo, ed anche prima, un tal Campo fosse sacro al medesimo Dio, aveva incominciato a seminarlo per suo vantaggio, come ben dinota il decreto emanato dai Consoli intorno alle biade di questo Campo. Posciachè avendo eglino conceduto al popolo di dare il sacco ai beni tutti de' tiranni, non permisero però, che il fromento di questo Campo, o nell'aja ch' e' si fosse, o in istoppia, o già trebbiato, si asportasse da veruno, o riponesse ne' granaj; ma ordinarono, che, come cosa esecranda, si gittasse al fiume [*]. Dal qual patto manifestamente si rileva, che il Campo usurpato da Tarquinio il Superbo, fu da' primi tempi consagrato a Marte. Or quali furono questi primi tempi, se non quei di Romolo? Dunque Romolo consagrar lo dovette. Il che sembra voler significar Festo [1], ove dice: *L'Equirie eran giuochi che Romolo avea instituiti a Marte con le corse de' cavalli, i quali s'esercitavano nel Campo Marzio* (*Tav.III.fig.I. num.1.*): come anche Livio [2], allor che narra, essere stata fatta da Romolo la rassegna dell'esercito nel Campo medesimo presso la palude di Caprea (*Tav.III.fig.I.num.2.*) [a]. Per il che è d'uopo il confessare, che l'ara di Marte (*num.3.*), ove, riferisce Festo [3], che Numa ordinò, doversi sagrificare il majale, la pecora, e 'l toro, non dicendosi posta da questo Re [b], vi fosse stata collocata da Romolo [**], e che si fossero fatte nel Campo le prime Equirie, per render vie più solenne la festa d'una tale consagrazione.

II. Il Nardini per altro sta perplesso d'animo nel decidere questa controversia, poichè, parlando del Campo Marzio: *Era sacro*, dice [4], *a Marte, da cui ebbe il nome; ma da chi e quando consagrato e così nomato egli fosse, diversamente scrivono Livio, e Dionigi. Quegli dice dopo la cacciata de' Tarquinj sagrato dal popolo; questi l'afferma sagrato prima, e da' Tarquinj di poi usurpato, e finalmente dal popolo restituito nel pristino uso*. Ma ove mai negò T. Livio, che il Campo Marzio, prima che i Tarquinj se l' usurpassero, fosse sacro a Marte? Forse per aver detto: *Il Campo de' Tarquinj, che fu tra la Città ed il Tevere, essendo stato consagrato a Marte, fu poscia Campo Marzio?* Queste parole, a ben intenderle, non sono altrimenti contrarie a quelle di Dionigi; dicendo Livio, che il Campo era stato consagrato a Marte, senz' aggiugnere da chi o quando fosse stato consagrato? Nè altrimenti debbono intendersi le seguenti parole: *Fu poscia Campo Marzio*: imperocchè con queste altro non vuol significare, se non che dall' essere stato consagrato a Marte, avvenne, che fosse chiamato Marzio, e che con tal nome divenisse famoso appresso i posteri. Benchè però non ha taciuto Livio, essere stato Romolo il consagratore di questo Campo, non meno quando scrisse, aver egli fatto la rassegna dell'esercito presso la palude di Caprea, che quando riferì l'editto del Re Tullio, in cui ordinavasi [5] *a tutt' i cittadini Romani, sì cavalieri, che pedoni, di ritrovarsi al primo far del giorno, ognuno nella sua centuria, nel Campo Marzio, ove col sagrifizio d'un majale, d' una pecora, e di tre tori, purificò tutto l'esercito schierato*, cioè presso l'ara di Marte, posta già nel Campo da Romolo.

III. Qual fosse l'intenzione di Romolo nel consecrare il Campo a Marte, giudico, potersi dedurre dall'esser egli stato il primo a farvi la rassegna dell'esercito; imperocchè ben s' accorgeva, che alla moltitudine de' nemici, da' quali era ristretto per ogni verso, non avrebbon potuto resistere i suoi pochi soldati, se questi, quanto erano inferiori nel numero, non fossero stati altrettanto superiori nell' arte militare. Per il che proccurò soltanto d' istruirli in quelle arti che insegna Vegezio [6]: *In qualsivoglia battaglia, più della moltitudine, e della robustezza senza disciplina, giova per l'ordinario l'arte e l'esercizio a conseguir la vittoria .... Contra tutto è stato sempre vantaggio lo scegliere novelli soldati spiritosi, il far loro apprendere le leggi delle armi; il renderli robusti col quotidiano esercizio, il prevedere nel campo d'esercizio tutto ciò che avvenir possa nel campo di battaglia, e nelle battaglie medesime, il castigare con severità gl'infingardi; imperocchè la scienza del militare fomenta l' audacia di combattere; e niuno teme di fare ciò che*

con-

(1) Alla lett. E. (2) Nel lib. 1. (3) Alla lett. S. (4) Nel lib. 6. al cap. 5. (5) Nel lib. 1. (6) Del Milit. nel lib. 1. al cap. 1.

(a) Il sito dell'Equirie ci si accenna da Ovvidio nel lib. 3. de' Fasti. *Altr' Equirie* egli dice, *vedrai nell' erboso Campo, cui il Tevere incurvato incalza da un lato colle acque*: come si è detto al cap. I. art. VII. Il sito della palude di Caprea è incerto. Noi, descrivendolo, abbiam seguito la congiiettura del Nardini nel lib. 4. al cap. 4. come quella che ci è paruta la più probabile.

(b) Anche quest' ara si è posta ad insinuazione del Nardini nel lib. 4. al cap. 6.

(**) Festo nel luogo cit. *Colui sotto il cui auspizio si riporteranno in battaglia le spoglie opime, sarà tenuto consagrarle a Giove Feretrio. Le seconde spoglie nel Campo all'ara di Marte, ove ucciderà qual più gli piacerà, del majale, della pecora, o del toro.* Di queste spoglie diffusamente parla lo Stampa nelle annotazioni ai Fasti Consolari del Sigonio.

daciam. Nemo facere metuit, quod ſe bene didiciſſe confidit. Etenim in certamine bellorum exercitata paucitas ad victoriam promptior eſt; rudis & indocta multitudo expoſita ſemper ad cædem. *Aptiſſimus omnium ad milites inſtituendos formandoſque Campus is erat, de quo agimus; ſolæ enim alibi interjectæ collibus anguſtiæ, quæ, Dionyſio teſte*[1], *adgeſtionibus oppletæ, & æquatæ ante non ſunt, quam ſub Regibus*: dirimebatur enim *collis Aventinus* ab eo, qui dicitur Palatium (in quo condita fuere Urbis primordia) profunda & anguſta valle (*Tab. I. & III.*); ſed procedente tempore tota collium intercapedo, terra adgeſta, complanata eſt [*]. *Contra Campus, de quo ſermo eſt, natura planus erat, equorum decurſionibus, & militibus exercendis late patens. Alluebatur præterea Tiberi ad natationem opportuniſſimo*: ſudorem *enim, ait Vegetius*[2], curſu, & campeſtri exercitio conlectum, nando, juventus abluebat in Tiberi. *Huc ſpectat illud Porphyrii*[3]: Notum eſt, juventutem Romanam apud veteres & exercitatam in Campo Martio, & poſt hoc exercitium natare ſolitam fuiſſe in Tiberi, quia peritia nandi in rebus militaribus ſit ſemper neceſſaria. *Item illud aliud Vegetii*: Ideoque Romani veteres . . . . . . Campum Martium vicinum Tiberi delegerunt, in quo juventus, poſt exercitium armorum, ſudorem pulveremque dilueret, ac laſſitudinem curſuſque laborem natando deponeret[4]. Juniores quidem, & novi milites, mane & poſt meridiem, ad omne genus exercebantur armorum. Veteres autem & eruditi, ſine intermiſſione ſemel in die exercebantur in armis. *Hoc autem militiæ tyrocinium minus moleſtum populo futurum arbitratus eſt Romulus, ſi acceſſiſſet loci etiam religio. Marti itaque bellorum Deo, a quo & ipſe dicebatur progenitus, Campum, ubi milites exercerentur, ſacrum eſſe voluit; ut hoc obtentu armis libentius aſſueſcerent, quibus orbis terrarum imperium adepturi olim erant: quod ipſum, ut prædiceret populo, mandatum ſibi eſſe a Romulo poſt mortem, mentitus eſt Julius Proculus*[5]: Abi, nuntia Romanis, cœleſtes ita velle, ut mea Roma caput Orbis terrarum ſit. Proinde rem militarem colant; ſciantque, & ita poſteris tradant, nullas opes humanas armis Romanis reſiſtere poſſe.

IV. *Quod Romulus optaverat, profecto accidit, ut populus armorum tractatione ferocior effectus, ab iis avelli vix poſſet. Hunc tamen Numa, ut variæ ſunt hominum ſententiæ, mitigandum ratus, non ſolum bello abſtinuit, ſed Janum etiam ad infimum Argiletum conſtruxit e regione Campi Martii, ut ſacrum paci monumentum, cum clauſum eſſet, milites intuentes, ab armorum exercitio paullatim deflecterent. Id ea oſtendunt, quæ de Jani templo Livius narrat*[6]: Regno potitus *Numa*, Urbem novam conditam vi & armis, jure eam legibuſque ac moribus de integro condere parat: quibus cum inter bella aſſueſcere videret non poſſe, quippe efferatis militia animis; mitigandum ferocem populum armorum deſuetudine ratus, Janum (*Tab. III. fig. I. num. 4.*) ad infimum Argiletum [a], indicem pacis bellique fecit: apertus, ut in armis eſſe civitatem; clauſus, pacatos circa omnes populos, ſignificaret.

V. *Quæri hoc loco poteſt, cur Romulus, qui armorum tam cupidus erat, non intra muros aram Marti ſtatuerit, ſed extra Urbem in Campo: Numa item Janum intra muros non fecerit, ubi magis conſpicuus populo fuiſſet, ſi eum a bello ſenſim voluit avertere? Equidem id factum arbitror ex Etruſcorum diſciplina: ait enim Vitruvius*[7]: Haruſpicibus diſciplinarum ſcriptis ita fuerat dedicatum: extra murum, Veneris, Vulcani, Martis fana ideo conlocari, uti non inſueſcat in Urbe adoleſcentibus, ſeu matribus familiarum, venerea libido; Vulcanique vi e mœnibus, religionibus, & ſacrificiis evocata, ab timore incendiorum ædificia videantur liberari; Martis vero divinitas cum ſit extra dedicata, non erit inter cives armigera diſſenſio; ſed ab hoſtibus

(1) *Lib.3.* (2) *Lib.1. c.3.* (3) *In 2.Od. lib.3. Horat.* (4) *Lib.2. c.23.* (5) *Liv. lib.1.* (6) *Lib.1.* (7) *Lib.1. c.7.*

(*) Εἴργατο δὲ (collis Aventinus) λόφυ τῦ καλυμένυ Παλαντίυ, περὶ ὃν ἡ πρώτη κατασκευασθεῖσα πόλις ἱδρυώθη, βαθείᾳ ϗ̀ ϛενῇ φάραγγι, ἐν δὲ τοῖς ὕϛερον χρόνοις ἐχώσθη πᾶς ὁ μεταξὺ τ̃ λόφων αὐλός.

(a) *Infimum Argiletum inſcribitur in* Tab. III. Fig. I. *Varrone lib. 4 De Ling. Lat. Martiali lib. 1. epigr. 3. & ult. lib. 2. epigr. 17. Servio in lib. 7. Aeneid. de ejus loco conſultis. Sufficiat, me referre quod ait Servius, ut a recenſendis aliorum verbis abſtineam*: Sacrarium Jani Numa Pompilius fecerat circa imum Argiletum juxta theatrum Marcelli. *Theatrum hoc ſatis notum eſt ex ejus reliquiis, de quibus ſermo erit inferius cap. V. art. XI. Hinc & de Argileto, & Sacrario Jani conſtat, quæ clarius intueberis in* Tab. IIII. *& in* magna Ichnographia Campi Martii.

confida d'aver ben appreso: essendo ne' combattimenti di guerra un poco numero di ben disciplinati, più atto a riportar la vittoria; e all' incontro la moltitudine rozza e senza esercizio, restando sempre esposta alla strage. Era il Campo, di cui si tratta, il più a proposito per istruirvi e addestrarvi i soldati; giacchè in ogni altra parte non v'erano, che luoghi stretti, frapposti ai colli, i quali, al riferir di Dionigi [1], furon poscia riempiuti ed aggualiati a' tempi soltanto de' Re: *imperocchè* il Monte Aventino *era diviso dall'altro chiamato il Palazzo (ov'ebbe Roma il primo principio) da una profonda ed angusta valle; ma col progresso del tempo tutto l'intervallo fra i colli fu appianato con terra riportata*. All'incontro il Campo di cui si parla era anche naturalmente piano ed amplissimo per le corse de' cavalli, e per gli esercizj de' soldati; ed era bagnato dal Tevere, opportunissimo al nuoto: nettando, come dice Vegezio [2], la gioventù, col notare nel Tevere, il sudore raccolto nel corso e nell'esercizio del Campo. Al che allude Porfirio [3], ove dice: *Ell'è cosa nota, che la gioventù Romana in quegli antichi tempi esercitavasi nel Campo Marzio, e dopo un tal esercizio solea notare nel Tevere; poichè il saper notare è sempre necessario per ciò che spetta al militare*. Ed altrove lo stesso Vegezio: *E perciò gli antichi Romani..... elessero il Campo Marzio vicino al Tevere, ove la gioventù dopo l'esercizio dell'armi lavasse la polvere ed il sudore, e col nuoto deponesse la stanchezza e la fatica del corso* [4]. *I più giovani, e novelli soldati, sì la mattina, che il giorno, s'esercitavano in ogni genere d'armi. I veterani poi, e i già istruiti esercitavansi nell'armi impreteribilmente una volta il giorno*. Questi militari esercizj per tanto, giudicò Romolo, che meno nojosi riusciti sarebbono al popolo, qualora a' medesimi accoppiata si fosse anche la religione del sito in cui si facevano. Quindi volle, che il Campo in cui i soldati s' esercitavano, fosse sacro a Marte, nume della guerra, di cui egli medesimo era creduto figliuolo; affinchè con questo pretesto più volentieri si assuefacessero all'armi, con cui un giorno avrebbon acquistato l'Imperio del Mondo: il che Giulio Proculo finse essergli stato ordinato da Romolo dopo morte di predire al popolo [5]: *Va, avvisa i Romani, così volere gli Dei, che la mia Roma sia capo del Mondo. Attendano perciò al militare, e sappiano, e così tramandino ai posteri, che non vi sarà umana potenza che possa resistere alle armi Romane*.

IV. Ciò che Romolo desiderava, di fatto avvenne, cioè che il popolo coll'uso dell'armi maggiormente inferocitosi, appena se ne poteva distorre. Or, siccome varj sono i pareri degli uomini, giudicando Numa di doversi moderare cotanta ferocia, non solo s' astenne dal muover guerra, ma fabbricò un Giano in fondo all'Argileto, incontro al Campo Marzio, acciocchè i soldati, veggendo chiuso questo monumento consagrato alla pace, venissero a poco a poco a tralasciar l'esercizio dell'armi. Il che si rende noto da quanto del tempio di Giano racconta Livio [6]: Numa, *assunto al regno, avendo trovato una città nuova, fondata con la forza, e con l'armi, s'accinse a riformarla interamente con le leggi e co' costumi: al che vedendo che fra le guerre non sarebbonsi potuti accostumare quegli animi inferociti dalla milizia; e credendo, che questo feroce popolo sarebbesi mitigato, qualora si fosse astenuto dall'uso dell'armi, fece perciò in fondo all' Argileto* [a] *il Giano indice della pace e della guerra* (Tav.III. fig.I. num.4.); *acciocchè stando aperto, indicasse, i cittadini esser in arme; e chiuso, esser quieti dintorno tutt' i popoli*.

V. Potrebbe quì chiedersi, perchè mai Romolo, il qual era così avido di guerra, non pose l'ara di Marte entro le mura, ma fuor di Roma nel Campo; e perchè Numa non fece entro le mura il suo Giano, ove sarebbe stato vie più esposto agli occhj del popolo, se pur volea distorlo a poco a poco dalla guerra. Io per me credo esser ciò stato fatto per ammaestramento avutone da' Toscani. *Così era stato fermato*, dice Vitruvio [7], *dagli aruspici negli scritti degli ammaestramenti: che i templi di Venere, di Vulcano, e di Marte si collocassero fuor delle mura, acciocchè in Roma i giovani, e le madri di famiglia non si accostumino alla lascivia; ed allontanato dalle mura con la religione ed i sacrifizj il poter di Vulcano, gli edifizj siano immuni dagl'incendj; e la divinità di Marte essendo altresì venerata fuori della Città, non accaderà tra' cittadini alcuna dissensione, per cui vengano all' armi; ma difesa la Città da'ne-*

(1) Nel lib.3. (2) Nel lib.1. al cap.3. (3) Nel lib.2. Od.2. d'Oraz. (4) Nel lib.2. al cap.23. (5) Liv. nel lib.1. (6) Nel lib.1. (7) Nel lib.1. al cap.7.

(a) Questa parte inferiore dell' Argileto è notata nella Tav.III. alla Fig. I. nel sito accennato da Varrone nel lib.4. della Ling.Lat. Marziale nel lib.1. Epigr.3. ed ult. nel lib.2. epig.17. Basti, ch' io qui riferisca ciò che dice Servio senza riportar le parole degli altri. *Il Sacrario di Giano era stato fatto da Numa verso la parte inferiore dell'Argileto presso il teatro di Marcello*. Questo teatro è bastantemente cognito da' suoi avanzi, de' quali si parlerà più sotto al cap.V. art. XI. Quindi consta dell'Argileto, e del Sacrario di Giano, che più chiaramente descritti si mirano nella Tav.IIII. e nella *grande Icnografia del Campo Marzio*.

bus ea defensa, a belli periculo conservabit. *Ac proinde Janus quoque, qui, cum obseratus non esset, ad bellum pertineret, recipi intra muros non debuit. Ob id ipsum cum Reges, tum ceteri magistratus, quorum tunc præcipuum munus erat, ea decernere, vel imperare, quæ ad bellum pertinebaut, electi sunt in Campo Martio, Dionysio teste* (1): Brutus autem imperare solus nolens, ne cives suspicarentur, conlegam ab eo cupidine regni expulsum fuisse patria, accito protinus in Campum populo, ubi Reges, ac ceteri Magistratus creari solebant, conlegam elegit P. Valerium, ab Sabinis, ut antea diximus, oriundum (*). *Comitia hæc, quibus P. Valerius renunciatus Consul est, tributa prius fuerunt; centuriata enim haberi cœpta sunt, ex quo Tullius Rex populum in centurias distribuit, anno scilicet post Romam conditam* CXXCVII. *Septa proinde tunc primum in eodem Campo facta sunt pro earumdem centuriarum discrimine, Ovile passim ab antiquis appellata, quod, ut ait Servius* (2), tabulatis fuerint inclusa, ac similia ovilibus (*Tab. III. fig. I. num.* 5.). *Hæc sunt, quæ M. Æmilius Lepidus Triumvir nova fecit, porticibus circumductis, & M. Agrippa marmoreis tabulis ac picturis a se ornata, Augusto Cæsari Septorum Juliorum nomine nuncupavit. Verum de his fusius agendum cap.* III. *art.* IV. *& cap.* V. *art.* VII (a).

VI. *Ut ad tollendas civium dissensiones, ceteraque incommoda, Marti, & reliquis Diis, quos superius retulimus, fana extra Urbem, Vitruvii testimonio, erigi veteres illi voluerunt; ita ad avertendas alias calamitates ara Ditis, & Proserpinæ posita in Campo est, Albano bello, ut ait Zosimus. Incertum tamen est, qua de caussa viginti circiter pedes depressa sub terram hæc fuerit, loco, qui dicebatur Terentus,* (Tab. III. fig. I. num. 6.); *ita ut ad tempus dumtaxat eam refoderent, ut idem auctor est* (3), *cum trinotia, seu quadrigarum cursus, Ludis sæcularibus celebrarentur: nisi hoc factum velis, quod infernis ea Numinibus esset dicata, vel ut vicinos lateret populos, Romani nominis hostes, quorum excursionibus Campus Martius tunc erat obnoxius* (b). *Atque hæc sunt, quæ ante Tarquinium Superbum facta fuerunt in Campo Martio, quantum vel ex antiquis scriptoribus constat, vel ex probabilibus conjecturis inferre licuit.*

CAPVT TERTIVM.

De Campo Martio ab Tarquiniis occupato, deinde in priores usus a primis Consulibus restituto: item de ædificiis in Campo factis usque ad Caji Flaminii tempora.

I. T*Arquinius, cui Superbi cognomen facta indiderunt, Romanorum Rex ultimus, Regnum vi & parricidio quæsitum ita tenuit, ut Patrum numero cædibus imminuto, quo contemptior paucitate ipsa ordo fieret, plebe vero, ne quid moliretur, miserrime habita, Campum quoque Martium sibi vindicavit, ne quis ultra comitiis, bellicisque exercitationibus locus, aut aliqua reipublicæ forma, civitati superesset. Verum regnum scelere partum, scelere dilapsum est: stupro enim Lucretiæ illato ab Tarquinii Regis filio, ita Brutus, aliique civitatis principes exarserunt, ut una omnium sententia, Regibus ejectis, eorum loco duos creaverint Consules anno Urbis* CCXLIV. *Brutum, & Collatinum. Hæc prima Consulatus institutio fuit. Collatino tamen, quod ei cum Tarquiniis consanguinitas intercederet, abdicare se magistratu jusso, suffectus Bruti conlega Publicola fuit. Hi ex tyrannorum bonis, præter ea, quæ plebi diripienda reliquerant, cum agros inopibus divisissent, Campum eodem, ac antea, jure esse voluerunt, ut & Marti sacer esset, & opportunum comitiis, militibusque exercendis locum præberet. Quod vero*

(1) *Lib.* 5. (2) *In Eclog.* 1. *Virgil.* (3) *Auson. idill.* 11. *Fest. lib.* 18. *&* 19. *Stat. Silv. lib.* 1. *Valer. lib.* 2. *cap.* 4. *Martial. lib.* 4. *epigr.* 1. *lib.* 10. *epigr.* 62.

(*) Ο δὲ Βρῦτος ἐκ ἀξιῶν μόνος ἄρχειν, οὐδ᾽ εἰς ὑπόνοιαν ἐλθεῖν τοῖς πολίταις ὅτι μοναρχίας ὑπαχθεὶς πόθῳ τὸν συνύπατον ἐξήλασεν ἐκ τῆς πατρίδος, καλέσας τὸν δῆμον εὐθὺς εἰς τὸ πεδίον, ἔνθα συνήθες ἦν αὐτοῖς τούς τε βασιλεῖς καὶ τὰς ἄλλας ἀρχὰς καθιστάναι, συνάρχοντα αἱρεῖται Πόπλιον Οὐαλέριον συνυπατεύειν ἀπόγονον, ὡς καὶ πρότερον εἶπον τοῦ Σαβίνων γένους.

(a) *Iisdem cap. & art. horum Septorum topothesia adserta est.*

(b) *Aræ hujus locum adnotant Donatus lib.* 5. *cap.* 16. *Nardinus lib.* 4. *cap.* 7. *ex Ovidio Fast. lib.* 1. *& Festo lit. T.*

da' nemici, sarà sicura dal pericolo della guerra. E perciò anche il Giano, come appartenente alla guerra mentr' era aperto, non dovette fabbricarsi entro le mura. Per la qual cosa non meno i Re, che gli altri magistrati, che a que' tempi aveano speziale incombenza di decretare ed ordinare ciò che apparteneva alla guerra, furono, come riferisce Dionigi [1], eletti nel Campo Marzio: *Bruto poi ricusando di comandar solo, acciocchè i cittadini non sospettassero, ch'egli avesse bandito dalla patria il collega per desiderio di regnare, convocato immantinente il popolo nel Campo, ove solevano crearsi i Re, e gli altri Magistrati, si elesse per collega P. Valerio, che, come dianzi abbiam detto, era oriundo di Sabina* [1]. Questi Comizj, ne' quali P. Valerio fu creato Consolo, furon prima tributi, avendo incominciato ad esser centuriati, da che il Re Servio Tullio distribuì il popolo in centurie, cioè l'anno CXXCVII. dall'edificazione di Roma. Perciò fin da quel tempo per distinzione di queste centurie incominciarono a farsi nello stesso Campo i Septi, frequentemente chiamati dagli antichi Ovile, per essere stati, come dice Servio [2], *racchiusi da steccati di tavole, e simili agli ovili* (*Tav.III. fig.I. num.5.*). Questi son quei medesimi, che furon fatti di nuovo da M. Emilio Lepido Triumviro con portici al dintorno, e che adornati poscia con tavole di marmo e con pitture da M. Agrippa, furon da lui col nome di Giulj dedicati a Cesare Augusto. Ma se ne parlerà più a lungo al Cap.III. art.IV. ed al Cap.V. art.VII. [a].

VI. Siccome, per testimonianza di Vitruvio, a fine di evitare le dissenzioni, ed altri incomodi de' cittadini, vollero quegli antichi, che fuori della città si ergessero i templi di Marte, e degli altri Dei di sopra riferiti; così per tener lontane altre disgrazie, fu, come dice Zosimo, collocata nel Campo in tempo della guerra Albana l'ara di Dite, e di Proserpina. Non si sa per altro la cagione, per cui fu posta circa venti piedi sotto terra nel luogo chiamato il Terento (*Tav.III. fig.I. num.6.*); talchè, al riferir del medesimo, si disotterrava solamente per qualche tempo [3], allor che si celebravano i trinozj, o le corse delle quadrighe pe' Giuochi secolari: quando non voglia dirsi, che fu così sotterrata, per esser dedicata ai Numi infernali, o per tenerla occulta ai popoli circonvicini nemici del nome Romano, alle cui scorrerie era allora esposto il Campo Marzio [b]. Ecco quanto fu fatto nel Campo Marzio prima di Tarquinio il Superbo, per quanto si sa dagli antichi scrittori, o si è potuto dedurre da probabili conghietture.

CAPITOLO TERZO.

Del Campo Marzio usurpato dai Tarquinj, e restituito da' primi Consoli a' primieri usi: e dell'opere in esso fatte fino ai tempi di Cajo Flaminio.

I. TArquinio per le sue azioni soprannomato il Superbo, ultimo Re de' Romani, essendo asceso al trono per mezzo di violenza e di parricidio, regnò eziandio in maniera, che diminuito cogli assassinamenti il numero de' Senatori, per render con tale radezza il lor ordine più dispregevole, ed oppressa miseramente la plebe, affinchè nulla potesse macchinare, usurpossi altresì il Campo Marzio, perchè a' cittadini non restasse più nè luogo pe' Comizj, o per gli esercizj militari, nè forma alcuna di repubblica. Ma un regno acquistato colla scelleraggine, dalla scelleraggine fu mandato in rovina: imperocchè, violata con istupro dal figliuolo del Re Tarquinio Lucrezia, Bruto, e gli altri magnati di Roma se ne sdegnarono sì fortemente, che per sentimento universale cacciati i Re, crearono in vece loro due Consoli, che furono Bruto medesimo, e Collatino, nell'anno di Roma CCXLIV. Ecco la prima istituzione de' Consoli. E perchè a Collatino, per esser consanguineo de' Tarquinj, fu imposto di dimettere il magistrato, fu dato a Bruto per collega Publicola. Questi de' beni de' tiranni, oltre ciò che avevano conceduto alla plebe di prendersi, avendo divise le terre a' poveri, vollero, che il Campo fosse della stessa condizione di prima, cioè, e consagrato a Marte, e destinato ai comizj, ed esercizj militarj. E perchè v'era il frumento

(1) Nel lib. 5. (2) Sopra la 1. eglog. di Virgil. (3) Auson. idill. 11. Fest. lib. 18. e 19. Staz. lib. 1. delle Selve, Valer. lib. 2. cap. 4. Marzial. lib. 4. ep. 1. lib. 10. ep. 62.

(a) Negli stessi Capitoli, ed articoli si tratta del sito di questi Septi.

(b) Il luogo di quest' ara si nota dal Dona nel lib. 3. al cap. 16. dal Nardini nel lib. 4. al cap. 7. da Ovvidio nel lib. 1. de' Fasti, e da Festo alla lett. T.

vero frumentum in eo ad maturitatem perveniret, nec fas esset, eo vesci populum; Consules arbitrarentur, quod contra religionem satum fuerit [1], desectam cum stramento segetem magna vis hominum, simul immissa corbibus, fudere in Tiberim tenui fluentem aqua, ut mediis caloribus solet. Ita in vadis hæsitantis frumenti acervi sederunt illiti limo. Insula paullatim & aliis, quæ fert temere flumen, eodem invectis, *e regione extremi Campi* facta (*Tab. III. fig. III. num. 7.*). Postea additæ moles, manuque adjutum, ut tam eminens area firma templis quoque ac porticibus sustinendis esset [a].

II. *Iterum igitur habiti in Campo conventus populi; ac licet excitata extra Urbem Martis ædes discordias a civibus, ut putabant, debuerat avertere, non idcirco tamen factum est, ut hi inter se non sæpe contenderent. Celeberrima est apud Livium* [2] *seditio orta anno Urbis* CCCC. *quod, cum plebs ægre ferret, Patritiis dumtaxat deferri Consulatum, pugnaret autem, ut plebeiis quoque hic honor mandaretur, Consules restitissent*: aliquoties frustra in Campum descensum cum esset, multique per seditiones acti comitiales dies; postremo victæ perseverantia Consulum plebis eo dolor erupit, ut Tribunos, actum esse de libertate vociferantes, relinquendum non modo Campum jam solum, sed etiam Urbem captam, atque oppressam regno Patriciorum, mœsta plebs sequeretur. *Nec defuere ante etiam hoc tempus populares turbæ, quæ agitarent statum civitatis, cum quotidie magis augesceret impuberum audacia. Id nobis ostendit carcer ab Ap. Claudio Decemviro extructus anno Urbis* CCCIII. *in extremo Campo* (Tab. IV. fig. I. num. 8.). *Video, hunc carcerem revocari in dubium ab aliquibus posse, quod scribat Juvenalis* [3]:

> Felices proavorum atavos, felicia dicas
> Sæcula, quæ quondam sub Regibus, atque Tribunis
> Viderunt uno contentam carcere Romam:

eo scilicet, quem Tullus Hostilius Rex, auctore Livio [4], *imminens foro ædificaverat* (*cujus vestigia vulgo esse feruntur, quæ notavimus in topographia Urbis*, Tab. III. num. 80.). *Sed & P. Victor adnumerat hunc carcerem inter ædificia Regionis IX. & id ipsum haberemus etiam ex Rufo, si non mendose apud eum legeretur*, Carcer C. Virorum, *pro*, Cl. XViri, *ut est apud Victorem: neque enim, ut bene Nardinus docet, ullus Romæ C. Virorum carcer fuit. Controversiam hanc, quæ pendet ab illis vocibus*, atque Tribunis, *ita ut quæri oporteat, de quibus Tribunis loquatur Juvenalis, optime dirimit hoc modo Donatus* [5]: Quod spectat ad versus Juvenalis, quibus uno carcere sub Regibus, & Tribunis Romam contentam evehit, non intelligit Satyricus Tribunos plebis, aut Tribunos militum, qui pro Consulibus Rempublicam aliquando tenuerunt; sed eos Tribunos militum, quos Romulus primus creasse fertur, cum tres equitum centurias, quorum opera in omni Reipublicæ discrimine uteretur, adscripsit. Dicti autem Tribuni, quod terni ex tribubus, Ramnensium scilicet, Tatiensium, Lucerum, electi cum exercitu ad expeditiones mitterentur; sive quod tres tribus Romanas a Romulo constituti regerent. *Dionys. lib.* 2. In tres partes divisa universa multitudine, Romulus singulis præclarum aliquem virum iis præposuit. Illas tribus vocari voluit. Præfectos Græci Phylarcos, & Trittyarchos dicerent, quos Romani Tribunos.

III. *Illustre est, quod in hoc Claudii Decemviri carcere accidisse scribit Plinius* [6]: Pietatis, *ait*, exempla infinita quidem toto Orbe exstitere, sed Romæ unum, cui comparari cuncta non queant. Humilis in plebe, & ideo ignobilis puerpera, supplicii caussa, carcere inclusa matre, cum impetrasset aditum, a janitore semper excussa, ne quid inferret cibi,

(1) *Liv. lib.* 2. (2) *Lib.* 7. (3) *Satyr.* 3. (4) *Lib.* 1. (5) *Lib.* 2. *c.* 19. (6) *Lib.* 7. *c.* 36.

(a) *Celeberrima in hac insula Æsculapii fuit ædes, quod sedem in ea anno Urbis circiter* CDLX. *Æsculapius ipse sibi elegisse visus sit, serpens scilicet huc vectus Epidauro, & a laborantibus pestilentia civibus veluti numen adoratus. Vide Valer. lib.* 1. *c.* 8. *Liv. epitom. lib.* 11. *Ovid. Fast. lib.* 1. *Metamorph. lib.* 15. *& eum, qui scripsit de Vir. illustr. Alia ibi templa fuere, Fauni, & Jovis Lycaonii. Horum primum, ait Livius lib.* 33. ex nonnullorum pecuariorum mulctaticia pecunia *a Domitio Abenobarbo factum fuit, L. Furio Purpureone, M. Claudio Marcello Cos. Anno Urb.* DLVII. *alterum eodem anno ab ipso Furio, quod seu ante angis Gallico bello vovisset. Dedicatum autem est duobus post annis a C. Servilio Duumviro. Amborum formam picnostylon fuisse docet Vitruvius. Porticus vero cum templorum ornatui, tum multitudinis eo confluentis commodo, opinamur extructas. Insulæ veterem formam, ejusque operum vestigia ostendimus in* Tab. IV. *ampliori autem schemate in* magna Ichnographia Campi Martii; *recentem vero ejusdem Insulæ faciem scenographice demonstramus in* Tab. XI. *ibique apparentes adhuc Albanos lapides, quibus adjutum, ut ait* Livius, *ut eminens area firma templis ac porticibus sustinendis esset. Lapideum insuper in* Tab. XII. & XIII. *monumentum delineavimus, quod visitur ad Insulæ latus, schema nimirum navis, qua memoratus anguis Epidauro Romam advectus est.*

mento già fatto, di cui, come ſacrilegamente ſeminato, giudicarono i Conſoli, non eſſer lecito, che il popolo ſi cibaſſe [1], *perciò tutta la meſſe, dopo eſſere ſtata ſegata, e ripoſta collo ſtrame in tante corbe, da una gran moltitudine d' uomini fu gittata nel Tevere, ch'eſſendo d'eſtate, era, ſecondo il ſolito, molto baſſo; ſicchè queſti mucchj di frumento malagevolmente ſcorrendo, s' arrenarono ne' guazzi, ed aggiuntiviſi altri impaccj di quei che caſualmente ſon traſportati dalla corrente, ne ſurſe a poco a poco un' iſola* incontro all' eſtremità del Campo (Tav.III. fig.III. num.7.), *che accreſciuta poſcia colle maſſe, e con altre opere manuali, ſi rendè così alta e ſtabile, da ſoſtenere anche i templi ed i portici* [a].

(1) *Liv. lib.* 40. (2) *Lib.* 42. (3) *Lib.* 40. (4) *Lib.* 42. (5) *Lib.* 40. (6) *Lib.* 34. *cap.* 3. (7) *Plin. lib.* 36. *cap.* 5.
(8) *Paterc. lib.* 1. *cap.* 11.

(a) *Crevier adnot.* 4. *cap.* 52. *in lib.* 40. *T. Livii, quem edidit Pariſiis anno Chr.* MDCCXLIIX. *ait, hunc titulum penitus eſſe depravatum. Id alii viderint.*

(b) *Vitruvius lib.* 3. *cap.* 2. *ædis hujus locum deſcribit & formam.*

(c) *Hujus porticus ſedem antiquorum ſcripta deſcribunt.* Invenio, *ait Plinius loc. ſup. cit.* & a Cn. Octavio, qui de Perſeo Rege navalem triumphum egit, factam porticum duplicem ad Circum Flaminium. *Item* Octaviæ porticus, *inquit Feſtus lit. O.* duæ appellantur; quarum . . . . . . alteram theatro Pompeji proximam Cn. Octavius Cn. F. qui fuit Æd. Cur. Procos. X. vir Sac. Fac. triumphavitque de Rege Perſeo navali triumpho, fecit; quam combuſtam reficiendam curavit Cæſ. Auguſtus. *Cum igitur dixerit Plinius, eam fuiſſe* ad Circum Flaminium; *Feſtus vero theatro Pompeji proximam, ſi, poſt animadverſam ejus Circi ſedem, & poſt cognita theatri rudera, de quibus infra ſermo erit art.* XI. *ceteris circa ædificiis, antiquitus ſine dubio exſtructis, conſulere voluerimus, non poteſt quidem hæc porticus alibi deſcribi, quam ubi ponitur. Cum autem Plinius ipſe dixerit eam* duplicem; *Paterculus vero lib.* 2. *cap.* 1. *etiam* amœniſſimam, *duo hæc optime conveniunt formæ, quæ per nos deſcripta eſt. Quod vero Feſtus ait, combuſtam fuiſſe, & a Cæſ. Auguſto refectam, id Auguſtus ipſe tradidit in Breviario rerum a ſe geſtarum, hoc eſt in lapidibus Ancyranis, ubi legimus*: PORTICVM . AD . CIRCVM . FLAMINIVM . QVEM . SVM . APPELLARI . PASSVS . AB . EO . QVI . PRIOREM . EODEM . IN . SOLO . FECERAT . . . . . FECI .

vola IV. fig.II. num.18. e 19.), *e per tre giorni dopo la dedica del tempio di Giunone, e per due giorni dopo quella del tempio di Diana, fece nel Circo i Giuochi scenici.* Nello stesso anno [1] il medesimo dedicò nel Campo il tempio de' Lari Permarini (*Tav.IV. fig.II. num.*20.), il quale undici anni prima era stato promesso in voto da L.Emilio Regillo nella battaglia navale contra i Deputati del Re Antioco. Tal'era, al dir di Livio, l'iscrizione in marmo apposta su la porta del tempio: *Questo è il combattimento occorso nella gran guerra intrapresa per soggiogare i Re con togliere loro il capo, e per istabilir la pace. Al partire di L.Emilio Regillo, figliuolo di M.Emilio sotto l'auspicio, l'imperio, la felicità, e la condotta di lui, l'armata del Re Antioco tra Efeso, Samo, e Chio, fu a dì* XXII. *di Dicembre vinta, battuta, sconfitta, e dispersa, ed ivi in quel giorno furon prese* XLII. *navi lunghe con tutti gli alleati. Finita questa battaglia, il Re Antioco, e 'l suo regno........ A cagion di ciò fece voto di questo tempio a' Lari Permarini* [a].

III. L'anno DXXC. di Roma, sotto il Consolato di L. Postumio Albino, e di M. Popillo Lenate, Q. Fulvio Flacco [1] dedicò nel Campo Marzio il tempio della Fortuna Equestre [b], da lui promesso in voto in Ispagna nella battaglia che diede alle legioni de' Celtiberi (*Tav.IV. fig. II. num.* 12.); e fu chiamato della Fortuna Equestre, per aver Fulvio cuniati i Celtiberi, coll' aver chiamato in ajuto i cavalieri Romani. *Il Comandante Romano*, dice Livio [3], *vedendo in fuga i nimici, fece voto di ergere un tempio alla Fortuna Equestre, e i giuochi a Giove Ottimo Massimo*: il qual tempio, com'egli prosiegue a dire [4], *faceasi da lui con tutto l'impegno, acciocchè non ne fosse in Roma veruno più amplo, o più magnifico*: imperocchè l'anno di Roma DLXXIV. essendo Consolo insieme con L. Manlio Acidino [5], *prima d'intraprendere qualsivoglia pubblico affare, disse di voler adempire i voti suoi e della Repubblica; di aver fatto voto nel dì, in cui avesse data l'ultima battaglia ai Celtiberi, di celebrare i Giuochi in onore di Giove Ott. Mass. e di fare un tempio alla Fortuna Equestre, e d'essergli perciò stato rimesso il danaro dagli Spagnuoli .... Pensando, ch' egli avrebbe aggiunto un grande ornamento al tempio, qualora le tegole fossero di marmo, andatosene nell' Abruzzo, scuoprì per la metà il tempio di Giunone Lacinia, giudicando, che tanto fosse per bastare a coprir quello da fabbricarsi.* Della qual'empietà essendosi scandolezzati i Padri, chiamatolo nella Curia, l'attacarono con isdegno, *d'aver tenuto per poca cosa il violare un tempio augustissimo di quel paese, che nè tampoco Pirro, nè Annibale avevano ardito di profanare, se anche non lo avesse deformamente scoperto, e quasi distrutto; d'essere stato tolto al tempio il colmigno; il tetto così scoperto di rimaner esposto ad esser infracidato per le pioggie ...... e di rendere reo di sacrilegio il popolo Romano come fabbricator di templi con le rovine de' templi; quasi che gli Dei immortali non fossero per tutto gli stessi, ma che altri onorare e adornar si dovessero con le spoglie degli altri.* Questo fu in Roma il primo tempio, in cui, oltre la bellezza e la magnificenza, concoresse anche il lusso.

IV. Emulo della magnificenza di questo tempio mostrossi dieci anni dopo, Gneo Ottavio, essendo Consoli Q. Elio Peto, e M. Giunio Penno, cioè l'anno di Roma DXXCVI. in cui fece il trionfo navale del Re Perseo di Macedonia; avendo fabbricato nel Campo Matzio un portico (*Tavola IV. fig.II. num.*22.) denominato di Gneo Ottavio, e Corintio, *per esser*, come dice Plinio [6], *i capitelli delle colonne stati di bronzo* [c].

V. Circa gli anni DCX. di Roma Q. Cecilio Metello, dopo aver trionfato d'Andrisco il Falsofilippo di Macedonia, co' marmi di là trasportati fabbricò nel Campo Marzio il portico e 'l delubro di Giove Statore (*Tav.IV. fig.II. num.*23.). Commise a Pasitele celebre scultor di que' tempi il fare il simulacro di Giove in avorio [7]; per ornare il delubro e l'aja di esso tolse dalla medesima Provincia un grandissimo numero di statue [8], ed in ispecie l'equestri fatte fare da Alles-

(1) Livio nel lib.40. (2) Nel lib.42. (3) Nel lib. 40. (4) Nel lib. 42. (5) Nel lib. 40. (6) Nel lib.34. al cap.3. (7) Plin. nel lib 36. al cap.5. (8) Paterc. nel lib. 1. al cap.11.

(a) Il Crevier nell'annotaz.4. al cap.52. sul lib.40. di T. Livio da lui stampato in Parigi l'anno MDCCXLVIII. di Cristo dice, che questa iscrizione è totalmente corrotta. Ciò si lascia all'altrui considerazione.

(b) Vitruvio nel lib.3. al cap.2. descrive il sito e la forma di questo tempio.

(c) Il sito di questo portico si deduce da ciò che ne scrivono gli antichi. *Trovo*, dice Plinio nel luogo di sopra citato, *che anche Gneo Ottavio, il quale fece il trionfo navale del Re Perseo, fabbricò il portico doppio presso il Circo Flaminio.* Scrive pure Festo alla lett. O: *Due sono i portici che si chiamano Ottavj ...... il secondo de' quali presso il teatro di Pompeo fu fatto da Gneo Ottavio figliuolo di Gneo, che fu Edile Curule, Proconsolo, ed uno de' X. Diputati a' Sacrifizj, e fece il trionfo navale del Re Perseo; il qual portico, essendo arso, fu fatto riedificare da Ces. Augusto.* Avendo dunque Plinio detto, ch'era situato presso il Circo Flaminio, e Festo, che rimaneva vicino al teatro di Pompeo, se, dopo aver osservato il sito del Circo, e riconosciuti gli avanzi del teatro, de' quali si parlerà di sotto all' art. XI. vorremo aver riguardo agli altri edifizj, che si sa essere stati anticamente fatti in quel contorno, non può certamente un tal portico essere stato in sito diverso da quello in cui l'abbiam posto. Avendolo poi Plinio stesso chiamato *doppio*, e Patercolo nel lib.2. al cap.1. dicendolo *amenissimo*, queste son due qualità che ben convengono alla forma che gli abbiam data. E se Festo dice, che questo portico fu arso, e rifatto da Ces. Augusto, ciò ci fu lasciato scritto da Augusto medesimo nel compendio delle sue geste, vale a dire ne' marmi Ancirani, ove leggesi: *Feci ..... il portico presso il Circo Flaminio, che ho permesso che porti il nome di colui che avea fatto l'altro di prima esistente nello stesso sito.*

dem Provincia abſtulit, & eas præcipue, quas equeſtres a Lyſippo fieri voluit Alexander Macedo, expreſſa eorum equitum ſimilitudine, qui e ſuo exercitu apud Granicum ceciderant. De hoc Metello ita ait Paterculus (1): Hic idem primus omnium Romæ ædem ex marmore in iis ipſis monumentis (*nimirum prope porticum, de qua diximus, & ſtatuarum ornatum, quas tranſtulerat e Macedonia*) molitus, vel magnificentiæ, vel luxuriæ princeps fuit (a).

VI. *Per hæc ipſa tempora* (b) *Metelli porticus ad delubrum Jovis Statoris ornata eſt acceſſione aliarum duarum ædium, Jovis ſcilicet iterum, non tamen Statoris, & Junonis* (Tab. IIII. fig. II. num. 24.), *de quibus ſic Plinius* (2): Nec Saurum, atque Batrachum obliterari convenit, qui fecere templa Octaviæ porticibus incluſa, natione ipſi Lacones. Quidam & opibus præpotentes fuiſſe eos putant, ac ſua impenſa conſtruxiſſe, inſcriptionem ſperantes; qua negata (c), hoc tamen alio loco & modo uſurpaſſe. Sunt certe etiamnum in columnarum ſpiris inſcalpta nominum eorum argumenta, lacerta, atque rana (d).

VII. *Anno poſt Urbem conditam* DCXVII. *P. Furio Philo, Sex. Atilio Serrano Cos. D. Junius Brutus Callaicus, poſtquam de Luſitanis Galatiiſque triumphavit, ædem ſibi cognominem prope Circum Flaminium exſtruxit* (Tab. IIII. fig. II. num. 25.). Mars eſt, *inquit Plinius* (3), coloſſeus ejuſdem (*ideſt Scopæ opus*) in templo Bruti Callaici apud Circum eumdem ad Flumentanam Portam eunti . . . . . Hoc templum jure ſibi vindicavit Mars (e), tanto coloſſo ibi ſimulatus.

VIII. *Anno Urbis* DCXLIII. *Q. Cæcilio Metello, qui poſtea Numidicus appellatus eſt, M. Junio Silano Cos. M. Minucius Rufus, poſtquam de Scordiſcis Triballiſque ex Thracia triumphavit, exſtruxit in Campo Martio porticus* (Tab. IIII. fig. II. num. 26.), *de quibus Paterculus* (4): Per eadem tempora clarus ejus Minucii, qui porticus, quæ hodie celebres ſunt, molitus eſt, ex Scordiſcis triumphus fuit (f). *Duas nempe: alteram, poſtea Minuciam Veterem nuncupatam, cujus meminit Lampridius in Commodo*: Herculis ſignum æneum ſudavit in Minucia per plures dies: *alteram, quæ Frumentaria dicta eſt. Plures in ſuo novo veterum inſcriptionum theſauro lapides congerit Cl. V. Muratorius pag.* CCCLVII. 3. *in quibus de hac poſtrema porticu agi putat: cum enim unuſquiſque poſitus illuſtri alicui Viro legatur, nimirum Balbino Maximo Cos. ord.* L. *Cæſonio Rufiniano Cos. Comiti Imp. Severi Alexandri, T. Flavio Poſtumio Titiano V. Cos. Fl. Meſſio Egnatio Lolliano, &* L. *Helvio Dionyſio, omnibus aquarum curatoribus, & Miniciæ; ut hanc Miniciæ curam illuſtret, ita inquit*: Erudite agit Nardinus in Roma antiqua de Minutia Vetere, & Minutia Frumentaria, duabus nempe illuſtribus porticibus Romæ in Regione IX. ædificatis, in quarum altera teſſeræ frumentariæ diſtribuebantur. Si porticus iſtius Procurator idem fuit (*L. Helvius Dionyſius mox relatus*), depravata fatearis oportet

(1) *Paterc. lib. 1. cap. 11.* (2) *Lib. 36. c. 5.* (3) *Idem ibidem.* (4) *Lib. 2. cap. 8.*

(a) *Locus delubri hujus, & porticus antiquitatis amatoribus adhuc fuerat incognitus; quin nomen ipſum ejuſdem delubri etiam latuerat. Utrumque tamen elicitur ex iis, quæ prodit Paterculus eodem lib. 1. cap. 11.* Hic, *ait*, eſt Metellus Macedonicus, qui porticus, quæ fuere circumdatæ duabus ædibus (*de quibus articulo inſequenti ſermo erit*) ſine inſcriptione poſitis, quæ nunc Octaviæ porticibus ambiuntur, fecerat. *Ex his verbis conſtat, Metelli porticum Paterculi ævo amplius non exſtitiſſe. Oſtendemus autem Cap. V. art. II. eam fuiſſe eodem loco, quo, Auguſto imperante, Octaviæ porticus exſtructa eſt. Satis igitur erit reperire veſtigia porticus Octaviæ, ut omnia pateant. Hæc autem veſtigia adhuc supereſſe demonſtramus eodem Cap. V. De nomine vero delubri teſtis eſt Vitruvius lib. 3. cap. 1. ubi ait*: Ædes Jovis Statoris in Metelli porticu: *hujus enim auctoris ævo ſtabat hæc porticus, Octaviæ porticu ab Auguſto nondum exſtructa. Præterea quibus verbis idem ſcriptor delubri nomen enunciat, iiſdem & ſedem, quam indicavimus, comprobat; cum enim Paterculus delubrum fuiſſe dixerit* in iis ipſis monumentis, *prout ſuperius retulimus, Vitruvius autem* in Metelli porticu, *utriuſque verba idem ſignificant, & evincunt. Ceterum nos, cum prius hæc non animadvertiſſemus, relatum Paterculi locum*: Hic eſt Metellus Macedonicus, qui porticus, quæ fuere circumdatæ duabus ædibus ſine inſcriptiobe poſitis &c. fecerat: *rati fuimus, id ſignificare, haſce ædes, Jovis ſcilicet, & Junonis, de quibus art. inſequ. ſermo erit, a Metello fuiſſe factas; Junonis vero ædem, cujus nonnulla adhuc exſtant veſtigia, notata in* Tab. III. num. 58. *fuiſſe marmoream, quæ proinde Metello principis luxuriæ nomen indidit. Dixerat quidem Plinius lib. 36. cap. 5. eaſdem ædes, Sauri, & Batrachi fuiſſe opera, eorumque impenſa factas; verumtamen crediderim, his artificibus Metellum faciendas locaviſſe; de impenſa vero horum ædificiorum dubitaverim, quod Plinius ipſe id revocet in dubium, inquit enim*: quidam putant. *Quod autem ex hujuſmodi animadverſionibus Junonis ædem a Metello factam non fuiſſe conſtat, non ideo ea corruunt, quæ adſeruimus Tomo* IV. *Tab.* XLV. *noſtri operis Antiquit. Roman. Compoſitum ſcilicet, quod vocant genus, cujus ſunt capitula reſidua [illegible], ante Vitruvii tempora Romæ notum fuiſſe; etſi enim a Metello hæc ædes facta non fuit, ſuo tamen ævo longe ante Vitruvii tempora exſtructa eſt, ut infra animadvertemus ex Paterculo. Vel alterum a noſtro inſtituto alienum animadvertere liceat. Oſtendit Vitruvius loco ſuperius citato, Metelli porticum ſuo ævo nondum deſtructam; innuit enim ædem Jovis Statoris* in Metelli porticu. *Hanc autem Auguſti temporibus corruiſſe, qui eodem in ſolo Octaviæ porticum fecit, auctor eſt Paterculus. Quid ergo quærant aliqui, Tito ne, an Auguſto Principe, floruerit Vitruvius, qui Octaviæ porticui ab Auguſto exſtructæ præceſſit?*

(b) *Tempora conjecimus ex Paterc. loc. ſup. cit. ubi ait*: Porticus, quæ fuere circumdatæ duabus ædibus &c.

(c) *Adſtipulatur heic Plinius Paterculo, ubi adſerit, utramque ædem fuiſſe ſine inſcriptione poſitam.*

(d) *Reliquiæ ædis Junonis adhuc exſtant in loco, quem in* Tab. II. *notavimus* num. 13. *& in* III. num. 38. *utriſque vero ædis veſtigia videre eſt inter fragmenta marmorea veteris Ichnogr. Urbis* Tab. XVI. num. III. *quæ omnia clarius patebunt Cap. V. art. II.*

(e) *Ex hoc Plinii loco, & Cornelio Nep. apud Priſcian. lib. 8. ſatis conſtat de hujus templi ſede. Nardinus hæc habet lib. 6. cap. 2.* Dedicatum fuiſſe putant Herculi Callaico; Bruti autem dictum a fundatore, cui ejuſdem numinis cognomen eſt inditum. *Ut autem opinioni huic faveat, ubi Plinius ait*, Mars etiamnum ſedens, *legit*, nunc ſedens, *ut ſcilicet Mars in hoc templo ante non fuiſſe videatur. Verumtamen clariſſima ſunt ſequentia Plinii verba*: Hoc templum jure ſibi vindicavit Mars. *Vindicavit autem ſibi, non ſuppreſſo Herculis nomine, ut putatur, ſed ſimulacri magnitudine, & quod tantopere Bruto faviſſet in bello illo Callaico.*

(f) *Sedem horum porticuum indicant Lamprid. in Commodo, Sex. Ruf. & P. Vict. in Reg. IX. Urbis.*

Alessandro il Macedone a Lisippo, a simiglianza di que' cavalieri del suo esercito, che perirono presso il Granico. Di questo Metello così parla Patercolo[1]: *Egli stesso, essendo stato il primo ad innalzare in Roma un tempio di marmo in que' medesimi monumenti* (cioè presso il portico di sopra riferito, e quell'ornato di statue che avea trasportate di Macedonia), *fu altresì il primo ad introdurre o la magnificenza, o il lusso*[a].

VI. Circa questi tempi medesimi[b] il portico di Metello presso il delubro di Giove Statore fu adornato coll' aggiunta di due altri templi, uno parimente di Giove, non però Statore, e l'altro di Giunone (*Tav.IIII.fig.II num.24.*), de' quali così parla Plinio[2]: *Non si debbon porre in oblio Sauro e Batraco, ambi di Laconia, che fecero i templi racchiusi dentro i portici d'Ottavia. Pensano alcuni ch' essi fossero ricchissimi, e li fabbricassero a loro spese, sperando d'apporvi la loro iscrizione; la quale essendo stata loro negata*[c], *conseguissero nondimeno il loro intento in diverso sito e maniera. Son certamente anche in oggi scolpite la lucertola e la rana, simboli del lor nome, nelle basi delle colonne*[d].

VII. L'anno DCXVII. dall'edificazione di Roma, in cui eran Consoli P. Furio Filo, e Sesto Atilio Serrano, D. Giunio Bruto Callaico, dopo aver trionfato de' Lusitani e de' Galiziani, fabbricò presso il Circo Flaminio il tempio del suo stesso nome (*Tav.IIII.fig.II. num.25.*). *Vedesi*, dice Plinio[3], *nel tempio di Bruto Callaico presso lo stesso Circo, andandosi alla porta Flumentana, il colosso di Marte* del medesimo (cioè opera di Scopa)..... *Non senza ragione Marte appropriossi questo tempio*[e], *ov'è figurato in un colosso sì grande.*

VIII. L'anno di Roma DCXLIV. sotto il Consolato di Q. Cecilio Metello, chiamato poscia il Numidico, e di M. Giunio Silano, M. Minucio Rufo[4], dopo aver trionfato degli Scordisci e Triballi di Tracia, edificò nel Campo Marzio i portici de' quali fa menzione Patercolo: *Circa lo stesso tempo fu famoso il trionfo fatto degli Scordisci da quel Minucio, che fabbricò i portici, i quali son celebri a' giorni nostri*[f]. Cioè i due, l'uno dipoi chiamato Minucio Vecchio, di cui fa menzione Lampridio in Commodo: *Sudò per più giorni nel portico di Minucio il simulacro d'Ercole in bronzo*: e l'altro detto il Frumentario. Il ch. Muratori alla pag. CCCLVII. 3. del suo nuovo tesoro delle antiche iscrizioni, riferisce molte lapidi, in cui suppone parlarsi di quest' ultimo portico: giacchè leggendosi ognuna di esse essere stata dirizzata a qualche illustre soggetto, cioè a Balbino Massimo Console ordinario, a L. Cesonio Rufiniano Consolo, compagno dell'Imp. Severo Alessandro, a T. Flavio Postumio Tiziano Consolare, a Fl. Messio Egnazio Lolliano, ed a L. Elvio Dionigi, tutti proccuratori dell'acque, e del Minicio, così la discorre: *Eruditamente tratta il Nardini nella Roma antica del Minucio Vecchio, e Minucio Frumentario, ch' erano due celebri portici fabbricati in Roma nella Regione IX. in uno de' quali distribuivansi le taglie del grano. Se il medesimo* (L. Elvio Dionigi poc'anzi riferito) *fu proccuratore d'un tal portico, bisogneratti*

H *dire*,

(1) Paterc. nel lib.1. al cap.11. (2) Nel lib.36. al cap.5. (3) Nel luogo sop.cit. (4) Nel lib.2. cap.8.

(a) Non era per anche a notizia degli Antiquarj il sito di questo delubro, nè del portico; anzi era loro incognito il nome stesso del delubro. L'una e l'altra notizia però si ricava da ciò che scrive Patercolo nel lib.1. al cap.11. *Questi*, dic'egli, *è Metello il Macedonico, che avea fatt' i portici, co' quali furon circondati i due templi* (di cui si parlerà nel seguente artic.) *innalzati senza iscrizione, che in oggi rimangono dentro ai portici d'Ottavia*. Le quali parole fanno vedere, che a' tempi di Patercolo il portico di Metello più non esisteva. Dimostreremo poi al Cap.V. art.11. ch'esso era stato nel sito medesimo, in cui sotto l'imperio d'Augusto fu fabbricato il portico d'Ottavia. Sicchè basterà ritrovar le vestigie del portico d'Ottavia per porre in chiaro ogni cosa. Or noi al medesimo Cap.V. daremo a divedere, esser tuttavia in piedi queste vestigie. Del nome del delubro poi n'è testimonio Vitruvio nel lib.3. al cap.1. ove dice: *Il tempio di Giove Statore nel portico di Metello*: imperocchè a' tempi di questo autore il portico esisteva, non essendo per anco stato fabbricato da Augusto quello d'Ottavia. In oltre con le stesse parole, con cui il medesimo scrittore ci rivela il nome del delubro, conferma altresì la notizia del sito di sopra indicato: imperocchè, avendo detto Patercolo, che il delubro era stato *in que' medesimi monumenti*, come di sopra abbiam riferito, ed avendo detto Vitruvio, ch' era nel portico di Metello, le parole dell'uno e l'altro significano e provano la stessa cosa. Del resto noi, non avendole di prima ben ponderate, pensammo, che il riferito passo di Patercolo: *Questi è Metello il Macedonico, che avea fatt' i portici, co' quali furon circondati i due templi innalzati senza iscrizione, ec.* significasse, che questi templi, cioè di Giove, e di Giunone, de' quali si parlerà nel seguente articolo, fossero stati fatti da Metello, e che il tempio di Giunone, di cui per anche rimangono alcune vestigie dinotate nella *Tav.II. al num 58.* fosse quello di marmo, per cui Metello si procacciò il titolo d'introduttore del lusso. Plinio a vero dire nel lib.36. al cap.5. aveva scritto, che questi templi furon opere di Sauro e Batraco, fatte a loro spese; ma nonpertanto io credei, che Metello gli avesse dati a fare a tali professori, e dubitai intorno alla spesa di questi edifizj, attesochè lo stesso Plinio la pone in dubbio, dicendo: *pensano alcuni*. Ma sebbene da questi riflessi chiaro si rende, che il tempio di Giunone non fu fatto da Metello, non cessa però di sussistere ciò che abbiamo asserito nel Tom. IV. Tav. XLV. della nostra Opera delle Antichità Romane, cioè che l'ordine chiamato Composito, di cui sono i capitelli residuali del medesimo tempio, era cognito in Roma prima de' tempi di Vitruvio; imperocchè, quantunque un tal tempio non sia stato fatto da Metello, fu però fatto a' suoi tempi, vale a dire molto prima di quelli di Vitruvio, come poscia rifletteremo da ciò che dice Patercolo. Ci sia anche lecito di far qui un'altra riflessione. Vitruvio nel luogo di sopra citato ci fa sapere, che a' suoi tempi il portico di Metello non era stato per anche distrutto, indicando il tempio di Giove Statore *nel portico di Metello*. Che questo poi andasse in rovina a' tempi d'Augusto, che nel sito medesimo fece il portico d'Ottavia, lo riferisce Patercolo. A che dunque cercare, se Vitruvio abbia fiorito sotto l'imperio di Tito, o d'Augusto, quando ha preceduto al portico d'Ottavia fabbricato da Augusto?

(b) Abbiamo ricavato i tempi da Patercolo nel passo di sopra citato, dove dice: *I portici, co' quali furon circondati i due templi, ec.*

(c) Qui Plinio s'accorda con Patercolo, ove dice, che tutt'e due i portici erano senza iscrizione.

(d) Gli avanzi del tempio di Giunone rimangono per anche nel sito dinotato nella *Tav. II. col num.13.* e nella *III. col num 58.* Le vestigie poi dell'uno e l'altro tempio posson vedersi tra' frammenti marmorei dell' antica pianta di Roma nella *Tav.XVI.al num.III.* il che tutto si renderà più chiaro al Cap.V. art.II.

(e) Da questo passo di Plinio, e da Cornelio Nipote presso Prisciano nel lib.8. si viene in sufficiente cognizione del sito di questo tempio. Il Nardini nel lib.6. al c.2. dice: *Credesi dedicato ad Ercole Callaico, detto poi di Bruto dal fondatore, cui è stato perciò dato il nome della stessa Deità.* E per favorire questa opinione, ove Plinio dice: *Marte per anche sedente*: egli legge, *ora sedente*, acciocchè paja, che Marte non fosse di prima in questo tempio. Ma con tutto questo son chiarissime le seguenti parole di Plinio: *Questo tempio meritamente si appropriò Marte*. Se lo appropriò sì, non già per essere stato soppresso il nome d'Ercole, come si crede; ma per la grandezza del simulacro, e per essere stato tanto favorevole a Bruto in quella guerra della Galizia.

(f) Il sito di questo portico ci s'indica da Lampridio in Commodo, da Sesto Rufo, e da P. Vittore nella Regione IX. di Roma.

oportet loca Victoris, Rufi, Appuleji, Lampridii, & aliorum, in quibus pro Minicia scriptum fuit Mimitia, aut Minutia.

IX. *Anno Urbis circiter* DCIXX. ædes Herculi Magno [1] custodi Circi Flaminii (Tab. IIII. fig. II. num. 27.) *in eodem Campo facta est, de qua sic habet Ovidius, statim post versus, quos Cap.* III. *art.* VI. *retulimus* [2],

Altera pars Circi custode sub Hercule tuta est;
Quod Deus Euboico carmine munus habet.
Muneris est tempus, qui nonas, Lucifer, ante est.
Si titulos quæris, Sylla probavit opus [a]:

X. *Anno Urbis* DCXCII. *M. Fufio Pisone, M. Valerio Messalla Cos. Cn. Pompejus Magnus, postquam tertium triumphum egit; ut votum pro rebus a se optime gestis solveret, magnificam Minervæ* [3] *ædem statuit in Campo Martio* (Tab.IIII. fig.II. num.28.), *ut honorem loco tribueret, ubi auspicatus militiam fuerat. Ædes titulum hunc, Plinio teste* [4], *præseferebat, quem a Marliano in tabula marmorea duobus abhinc sæculis lectum fuisse, auctor est Nardinus* [5]: Cn. Pompejus Magnus Imp. bello xxx. annorum confecto, fusis, fugatis, occisis, & in deditionem acceptis hominum centies vicies semel centenis octoginta tribus millibus; depressis, aut captis navibus octingentis quadraginta sex; oppidis, castellis mille quingentis triginta octo in fidem receptis; terris a Mœotis lacu ad rubrum mare subactis; votum merito Minervæ [b].

XI. *Idem Pompejus II. Consul cum M. Licinio Crasso, anno Urbis* DCXCVIII. *magnificentissimum theatri opus in Campo Martio exstruxit* (Tab. IIII. fig. II. num. 29.), *quod primum omnium e lapide Romæ fuit, tantæque amplitudinis, ut ejus cavea, Plinio teste* [6], *millia hominum amplius octoginta caperet*. Moles, *ut ait Cassiodorus* [7], sic tota de cautibus fuit, ut, præter artem additam, & ipsa quoque naturalis esse crederetur. *Immanis quidem privati unius hominis impensa videri hæc potuit; ob quam Pompejus* [8], veritus quandoque memoriæ suæ Censoriam animadversionem, Veneris ædem superposuit (*Tab. IIII. fig. II. num.* 30.), & ad dedicationem edicto populum vocans, non theatrum, sed Veneris templum nuncupavit cui subjecimus, inquit, gradus spectaculorum [c]. *Scenam ob id tunc stabilem theatro non fecit* [d], *sed postea addidit, cum III. Consul esset una cum Q. Cæcilio Metello anno Urbis* DCCI. *eamque porticibus elegantissimis* [9] *ornavit* [e]. *Ædes splendidissi-*

(1) *P Victor descr. Reg.IX. Vrb.* (2) *Fast. lib 6.* (3) *Sex. Ruf. & P.Vict. Reg.IX. Vrbis.* (4) *Lib.7. cap.26.* (5) *Lib. 6. cap.9.* (6) *Lib.36. cap.15.* (7) *L.b.5. cap.31.* (8) *Tertullian. de Spectac.* (9) *Vitruv. lib 5. c 9. Ovid. lib.1. de art. am. Martial. lib.5. ep.10. Propert. lib.2.*

(a) *Iis cognitis, quæ disseruimus de æde Bellonæ Cap.III. art.* VI. *& de Circo Flaminio, hoc Cap. art.1. facili negocio hujus ædis sedem noverimus.*

(b) *De hujus templi loco ita Fulvius apud Nardinum l.b.6. cap.9.* Exstant undique ejus templi parietes quadratæ & oblongæ formæ sine tecto; erat enim templum non magnum, testudinatum, incrustatum, multisque ornamentis decoratum. Visitur autem ejus forma in hortis Fratrum Prædicatorum S.Dominici. *Hodie vero nullæ exstant hujus templi reliquiæ, præter capitulum antarum prope ædem S. Mariæ quæ dicitur supra Minervam.* Tab.III. num.51.

(c) *Hujus theatri vestigium antiquitus descriptum, reperitur inter fragmenta veter. Ichnograph. marmor Vrb.* Tab.XVI. num.II. *Exstat adhuc ambitus fere totus substructionum graduum inferiorum, qui* Tab.II. *notatur* num.33. III. num.54. *scenographice autem descriptus est* Tab.XVIII. *Verumtamen Nardinus lib.6. cap.3. adserit, suis temporibus nullas hujus theatri reliquias exstitisse, præter parietinas adeo exiguas, ac deformes, ut eas ad theatrum pertinuisse, dijudicari amplius non posset; ac propterea Marliano subscribit, qui suo tempore hujus theatri ruinas tam multas fuisse refert, ut aperte deprehenderetur, caveam meridiem versus respexisse. At, si ita fuisset, ædificia, quæ* Tab.IIII. fig.II.& III. *&* Tab.VII. part.3. magnæ Ichnographiæ Campi Martii, *vel ante, vel post theatrum delineavimus, in contrarium obverti debuissent, prout ipse opinatus est Nardinus. Verum Nardini me verba non moveut, qui de antiquorum operum sede maluit scribere, quam accurate fortasse quærere. Miror potius, Nollium, topographum Vrbis ceteroquin accuratissimum, in descriptione ruderum hujus theatri adeo errasse, ut mediam caveæ circumferentiam, quæ respicit ad occidentem, & ipse contra meridiem posuerit. Quare loca omnia theatro huic proxima ex Nollio describenda duximus* Tab XVI. num.I. *ut quilibet & ipsa rudera reperire, & nostræ descriptionis veritatem deprehendere facilius possit.*

(d) *Theatrum hoc secundo Pompeji Consulatu vel exstructum, vel dedicatum fuisse, narrant Plinius lib.8. cap.7. & Dio lib.39 Contra Gellius noct. Attic. lib.10. cap. 1. ait*: Pompejus timide quod in theatro ne adscriberet COS. TERTIVM, aut TERTIO, extremas literas non conscripsit. Quod de Pompejo Varro breviter, & subobscure dixit, Tiro Tullius, Ciceronis Libertus in epistola quadam enarratius scripsit ad hunc ferme modum. Cum Pompejus, inquit, ædem Victoriæ dedicaturus foret, cujus gradus vice theatri essent, nomenque ejus, & honores inscriberentur, quæri cœptum est, utrum COS. TERTIO scribendum esset, an TERTIVM. Eam rem Pompejus exquisitissime retulit ad doctissimos civitatis. Cum dissentiretur, & pars TERTIO, alii TERTIVM scribendum contenderent, rogavit, inquit, Ciceronem Pompejus, ut, quod ei rectius videretur, scribi juberet. Tum Ciceronem judicare de viris doctis veritum esse, ne quorum opinionem improbasset, ipsos videretur improbasse. Persuasit igitur Pompejo, ut neque TERTIO, neque TERTIVM scriberetur, sed ad secundum usque T fierent literæ TERT, ut verbo non perscripto, res quidem demonstraretur, sed dictio tamen ambigua verbi lateret. Id autem quod & Varro, & Tiro dixerunt, in eodem nunc theatro non est ita scriptum; nam, cum multis annis postea scena, quæ prociderat, refecta esset, numerus tertii Consulatus, non, uti initio, prioribus literis Tertii, sed tribus tantum lineolis III. incisis significatus est. *At quisnam, ut Gellio adstipuletur, tribus, quos supra retulimus, scriptoribus fidem detrahat? Rejiciendum idcirco Gellium puto, ubi inquit, ædem Victoriæ tertio Pompeji Consulatu fuisse dedicatam, & in reliquis cum ceteris auctoribus ita conciliandum, ut Pompejus, tertium Consul, scenam theatro addiderit, quod iterum Consul dedicaverat. Et vero, quomodo Censoribus, quos verebatur, valuisset imponere, si tum primum theatro scenam addidisset? Subjectis enim spectaculorum gradibus, & scena addita, visum quidem hujusmodi opus non fuisset ædes Veneris, vel Victoriæ, sed theatrum, cui hæc ædes esset adjuncta. Donatus lib.3. c.8. alterum ex adlato Gellii loco dubium proponit.* Gellius, *inquit*, ex Tirone Ciceronis liberto ædem Victoriæ, non Veneris, theatro attribuit .... At Plutarchus in vita Pompeji Veneris Victricis appellat..... Num unam quasi bipartitum, an & duo conjuncta? Videtur hæc saltem indicare Suetonius in Claudio cap.21. „ Cum prius ad superiores ædes supplicasset„ ide st theatro impositas. *Id & Nardinus lib.6. c.3. in dubium revocat*: De æde, *ait*, Veneris Victricis, loquuntur Plutarchus in Pompejo, Plinius lib.8. cap.7. Contra Gellius lib.10. c.1. Victoriæ ædem nominat. Verum auctoribus supra relatis fidem non adstruere non possumus, quod Marlianus testis est, se anno Christi MDXXV. marmor e tellure erutum vidisse post templum S. Mariæ in Crypta Picta, adjunctum ædibus Ursinorum (*nimirum inter theatri rudera*) cum epigraphe: VENERIS. VICTRICIS. At Victricem inter, & Victoriam parva interest differentia, quæ forsan orta est ex depravato ab amanuensibus Gellii loco. *Donatum tamen, æque ac Nardinum falli, constat cum ex ipso Gellio, ubi ait, Victoriam a poetis Venerem Victricem sæpius dictam esse, tum ex Varrone lib 4. de Ling. Lat. per eumdem Gellium relato*: Hinc comicus, *inquit Varro*: Victrix Venus, videsne hæc? Non quod vincere velit Venus, sed quod vincire & vinciri ipsa: Victoria ab eo, quod superati vinciuntur: utrique testis poesis, quod & Victoria, & Venus dicitur Cæligena.

(e) *Vestigium harum porticuum sumpsimus ex fragm. marm. vet. Ichnogr. Vrbis*, Tab.XVI. num.II.

dire, esser corrotti i passi di Vittore, Rufo, Appulejo, Lampridio, ed altri, ove, in vece di Minicio, trovasi scritto Mimizio, o Minuzio.

IX. Circa gli anni DCLXX. di Roma fu fatto nel medesimo Campo *il tempio ad Ercole il Grande* [1]*; custode del Circo Flaminio* (*Tav.IV.fig.II.num.27.*), di cui così parla Ovvidio immediatamente dopo i versi da noi riferiti al Cap.III. art. VI. [2] *L'altra parte del Circo è difesa da Ercole custode: la qual opera è stata fatta a questo Dio per oracolo della Dea d'Eubea. Il tempo in cui ella fu fatta, si è il dì che precede le none. Se chiedi dell'iscrizione, l'opera fu approvata da Silla* [a].

X. L'anno di Roma DCXLII. in cui furon Consoli M. Fufio Pisone, e M. Valerio Messalla, Gneo Pompeo Magno dopo aver fatto il terzo trionfo, volendo sciorre il voto per le sue imprese ottimamente recate a fine, fabbricò nel Campo Marzio il magnifico [3] tempio di Minerva (*Tav.IIII. fig II. num.28.*), per onorare il luogo dove aveva incominciata la milizia. L'iscrizione che, secondo Plinio [4], leggevasi nel dinanzi del tempio, e che il Nardini [5] riferisce, essere stata letta dal Marliano in una tavola di marmo due secoli sono, era questa: *Gneo Pompeo Magno Imperadore, con una guerra di trent' anni avendo sconfitti, dispersi, uccisi, e ricevuti in arrendimento* XII. *milioni* CXXCIII. *mila uomini, affondate o prese* DCCCXLVI. *navi, conquistate* MCXXXVIII. *tra città e castella, e soggiogate tutte le terre dalla palude Meotide fino al mar rosso, scioglie il voto dovuto a Minerva* [b].

XI. Il medesimo Pompeo essendo Consolo per la seconda volta con M. Licinio Crasso, l'anno di Roma DCXCVIII. fece nel Campo Marzio la magnificentissima fabbrica del teatro (*Tav. IV. fig.II. num.29.*), che fu il primo costruito di pietra in Roma, e così grande, che, al dir di Plinio [6], conteneva più d'ottantamila uomini. La fabbrica, come narra Cassiodoro [7], *fu fatta di pietre così ben composte, che, oltre ciò che l'arte v'aveva aggiunto, sembrava anch'essa esser opera della natura*. Questa spesa veramente potè sembrare smisurata per un privato, talchè Pompeo [8], *temendo, che un qualche giorno la sua memoria fosse per incorrere le riprensioni de' Censori, vi soprappose il tempio di Venere* (Tavola IV. fig. II. num. 30.), *e nell' editto con cui invitò il popolo alla dedica, non lo chiamò già teatro, ma tempio di Venere: cui, disse, abbiam sottoposti i gradi degli spettacoli* [c]. Non fece perciò allora al teatro la scena stabile [d], ma ve l' aggiunse dipoi, allor che fu Consolo per la terza volta con Q. Cecilio Metello, l'anno DCCL. di Roma, e l' adornò con bellissimi [9] portici [e]. Vi fece appresso una suntuosissima

casa,

(1) P. Vitt. nella descr. della IX. Reg. di Roma. (2) Nel lib.6. de' Fasti. (3) Sest. Rufo., e P.Vitt. nella Reg.IX. di Roma. (4) Nel lib.7. al cap.26. (5) Nel lib.6. al cap.9. (6) Nel lib.36. al cap.15. (7) Nel lib.5. al cap.51. (8) Tertullian. degli Spettac. (9) Vitruv. nel lib.5. al cap.9. Ovvid. nel lib.1. dell'art. d'am. Marzial. nel lib.3. al cap.10. Properz. nel lib.2.

(a) Dopo aver veduto quanto abbiam detto del tempio di Bellona al Cap.III. art.VI. e del Circo Flaminio in questo Capitolo all'art.I. verremo facilmente in cognizione del sito di questo tempio.

(b) Circa il sito di questo tempio così ne parla il Fulvio presso il Nardini nel lib. 6. al cap. 9. *Ne rimangono da ogni parte i muri quadrati e di forma bislunga senza tetto, essendo un tempio non grande, a testuggine, incrostato, e molto adorno. Vedesi poi la forma di esso nel giardino de' Padri di S.Domenico*. In oggi però non rimane verun avanzo di questo tempio, alla riserva d'un capitello de' pilastri presso la chiesa di S.Maria sopra Minerva. *Tav.III. num.51.*

(c) La pianta di questo teatro anticamente descritta ritrovasi tra' frammenti di marmo dell'antica pianta di Roma alla *Tav.XVI. num.*II. Vi rimane per anche quasi tutta la circonferenza delle sustruzioni de' gradi inferiori, dinotata nella *Tav. II. col num 33.* nella *III. col num.54.* e descritta in prospettiva nella *Tav.XVIII.* Nientedimeno il Nardini nel lib.6. al cap.3. asserisce, che a' suoi tempi non vi rimaneva verun avanzo di questo teatro, alla riserva d'alcuni pezzi di muro sì piccioli e sformati, da non potersi più giudicare, che fussero appartenuti ad un teatro. Si riporta però al Marliani, che riferisce, essere state così copiose a' suoi tempi le rovine di questo teatro, che ben riconoscevasi, che la cavea era rivolta verso il mezzodì. Ma, s'e' fosse stato così, gli edifizj da noi delineati nella *Tav.IV. alla figura* II. *e* III. e nella *Tav.VII. part.3. della grande Icnografia del Campo Marzio*, sì dinanzi, che di dietro al teatro, si sarebbon dovuti porre al contrario; nella guisa che ha pensato il Nardini medesimo. Ma io non fo alcun caso delle parole del Nardini, come di quegli cui è piaciuto forse più lo scrivere, che il fare per avventura diligenti ricerche intorno al sito degli antichi edifizj. Mi maraviglio piuttosto del Nolli, ch' essendo stato così attento nel far la sua pianta di Roma, abbia anch' egli nel segnar le rovine di questo teatro, commesso il grand'errore di rivolger verso il meriggio il mezzo della circonferenza della cavea che riguarda l'occidente. Per il che abbiam creduto di dover trascrivere dal Nolli nella *Tav.XVI. num.*I. tutt' i siti vicini a questo teatro, acciocchè ognun possa rinvenire gli stessi avanzi, e riconoscere più facilmente la fedeltà del nostro disegno.

(d) Plinio nel lib.8. al cap.7. e Dione nel lib.39. scrivono, che questo teatro fosse fabbricato, e dedicato nel secondo Consolato di Pompeo. All'incontro Gellio nel lib.10. delle notti Attiche al cap.1. dice: *Pompeo, non sapendo come scrivere nel suo teatro, se* COS. TERTIVM, *o* TERTIO, *lasciò di scrivere l'ultime lettere. Ciò che Varrone brevemente disse, e con alquanta oscurità, fu scritto più diffusamente da Tirone Tullio, liberto di Cicerone, in una certa lettera presso che in questi termini. Stando,* dic'egli, *Pompeo per dedicare il tempio della Vittoria, i cui gradi servissero di teatro, e scrivendovisi il di lui nome ed onori, incominciò a domandarsi, se doveva scriversi* COS. TERTIO, *ovvero* TERTIVM. *Pompeo ne richiese diligentissimamente il parere de' più dotti tra' cittadini. Non essendo questi d'accordo, e pretendendo alcuni doversi scrivere* TERTIO, *ed altri* TERTIVM, *Pompeo,* dic'egli, *pregò Cicerone a fare scrivere ciò che avesse stimato meglio. Ma Cicerone non osò di censurar gli uomini dotti, per non sembrar di far poca stima di coloro de' quali avesse disapprovato il parere. Persuase per tanto a Pompeo, che non si scrivesse nè* TERTIO, *nè* TERTIVM; *ma si formassero le lettere fino alla seconda* T, *cioè* TERT: *sicchè; non essendo compita la parola, se ne dimostrasse il senso sì, ma rimanesse sempre in dubbio la terminazion del vocabolo. Ciò che per altro han detto Varrone e Tirone, non si trova ora così scritto nel riferito teatro; imperocchè essendo stata rifatta molti anni dopo la scena, ch'era rovinata, il numero del terzo Consolato fu espresso, non più come da principio colle prime lettere di Terzo, ma bensì colla incisione di tre lineette III.* Ma chi mai per consentire a Gellio lascierà di credere agli scrittori di sopra riferiti? Per la qual cosa io giudico, non doversi prestar fede a Gellio, ove dice, che il tempio della Vittoria fu dedicato nel terzo Consolato di Pompeo; e nel rimanente conciliarlo con gli altri autori; sicchè Pompeo, essendo Consolo per la terza volta, abbia aggiunto la scena al teatro, ch'egli aveva dedicato, essendo Consolo per la seconda. Ed in vero, come mai avrebbe potuto ingannare i Censori, de' quali avea suggezione, se allora per la prima volta avesse al teatro aggiunta la scena? poichè quest'opera, quando le si fossero sottoposti i gradi degli spettacoli, ed aggiunta la scena, non sarebbe certamente sembrata un tempio di Venere, o della Vittoria, ma un teatro, cui fosse stato aggiunto questo tempio. Un' altro dubbio dal citato passo di Gellio propone il Donati nel lib. 3. al cap. 8. *Gellio,* dic' egli, *secondo Tirone liberto di Cicerone, attribuisce al teatro il tempio della Vittoria, non di Venere. Sarebbe forse stato un solo diviso quasi in due, o due congiunti insieme? Così almeno sembra indicare Svetonio in Claudio al cap.21. allor ch' e' dice: Avendo in prima orato ne' templi superiori, cioè soprapposti al teatro.* Lo stesso dubbio promuove anche il Nardini nel lib.6. al cap.3. *Del tempio di Venere cognominata Vittrice,* dic'egli, *fanno menzione Plutarco nella vita di Pompeo, e Plinio nel 7. dell' 8. Gellio nel 1. del 10. lo dice tempio della Vittoria; ma all'autorità sopraddetta non si può non dar fede, aggiuntovi il testimonio del Marliano, che scrive, aver visto l'anno di Cristo* MDXXV. *dietro la chiesa di S.Maria in Grotta Pinta, congiunta al palazzo degli Orsini,* (cioè tra le rovine del teatro) *disotterrar un marmo con queste lettere:* VENERIS VICTRICIS. *Ma da Vittrice o Vittoria non v'è varietà di momento; e fu forse anche in Gellio difetto del trascrittore.* Nondimeno lo sbaglio del Donati, e del Nardini si rende manifesto non meno da Gellio, allor che dice, la Vittoria essere stata spesso chiamata da' poeti Venere Vincitrice, che da Varrone nel lib.4. della Ling. Lat. riferito da Gellio medesimo. *Quindi il Comico,* dice Varrone: *Venere Vincitrice, vedi tu questo? Non già perchè Venere voglia vincere, ma avvincere ed esser avvinta; imperocchè Vittoria viene da che i superati son' avvinti. L'una e l'altra cosa si attesta dalla poesia, dicendosi generata dal cielo e la Vittoria, e Venere.*

(e) La pianta di questi portici si è presa dal frammento di marmo dell'antica pianta di Roma delineato nella *Tav.XVI. al num.II.*

dissimas (a), *& Curiam, Julio Cæsare ibi interfecto, celebrem* (1) *juxta fecit* (Tab. IIII. fig. II. num. 31. 32.). *Porticum adjunxit, Hecatonstylon* (b) *ex eo dictam, quod centum e solido marmore columnis peregre advectis* (2) *constiterit* (num. 33.). *Magnam insuper viciniæ partem hortos fecit amœnissimos, eosque superiores, & inferiores constituit* (num. 34.); *ubi magna militum manu stipatus postea commoratus est, ut Milonis insidias evaderet* (3).

XII. *Supersunt alia opera, de quorum tempore etsi nihil certi veteres referant, hoc tamen Capite recensenda esse, ea monent, quæ de ipsis operibus ab iisdem produntur auctoribus. Fuere autem Martis ædes* (4) *in Campo* (c), *item in Circo Flaminio Neptuni, Castoris, & Vulcani, nec non delubrum Cn. Domitii* (d), *ut videre est in* Tab. IIII. fig. II. num. 35. 36. 37. 38. *& *, clarius vero in* Tab. VII. part. 3. magnæ Ichnographiæ Campi Martii; *præterea Villæ Æmilianæ prope Campum* (*eadem* Tab. IIII. fig. II. num. 39.). *De his Villis loquitur M. Varro* (5), *ut dictum est, qui Augusti Cæsaris præcessit ætatem, ad quam spectant opera proximo Capite recensenda. Cum autem dixerit idem auctor, eas fuisse sine fundis, & in luxum tantummodo comparatas, satis constat, hujusmodi luxum ante tempora* C. Flaminii, *a quibus præsens Caput duxit initium, Romæ invectum non fuisse* (e). *Præterea, quod* Romani *Campum Martium, ut Strabo ait* (6), *religiosissimum esse putarent, clarissimorum virorum ac fœminarum monumenta in eo exstruxerunt: nimirum ante Augusti principatum, Syllæ Felicis Dictatoris* (7) (Tab. IIII. fig. II. num. 40.), *Hirtii, & Pansæ Consulum* (8) (num. 41.), *Julii Cæsaris* (9) (num. 42.), *Juliæ ejus filiæ* (10) (num. 43.), *& aliorum etiam postea, quæ brevitatis gratia omittimus. Hæc descripsimus in eadem* Tab. IV. fig. II. *ac digessimus ordine alphabetico in serie ædificiorum Campi Martii, quæ tabulam ipsam insequitur.*

CAPVT QVINTVM.

De operibus, quæ, Augusto imperante, in Campo Martio facta sunt.

I. A *Libera civitate iterum ad reges descendimus; quorum primus Augustus imperium armis partum ita tutatus est, publice privateque de omnibus bene merendo, ut pluris Romani jam facerent honestam eam servitutem, quam pristinam liberta-*

(1) *Plutarch. & Sueton. in Cæs. Dio lib.44. Appian. aliique..* (2) *Martial. lib.3. epig.19. Euseb. in Chron.* (3) *Ascon. in Milonian.* (4) *Dio lib. 56.* (5) *Lib.3. de re rust.* (6) *Geogr. lib.5.* (7) *Epit. in lib.90. T.Livii, Lucan. Pharf. lib.2. Plutarch. in Sylla, & in Pompejo.* (8) *Epit. in Liv. lib.109.* (9) *Epit. in lib.116. ejusd.* (10) *Epit. in lib.116. ejusd. Plutarch. in Pomp. & in Cæs. Sueton. in Cæs. cap.84. in Aug. cap.93. Dio lib. 39.*

(a) *Donatus lib.3. cap.8. ait*: Qui domum Pompeji theatro proximam volunt, cum veritate pugnant. Plutarchus quidem, quo maxime nituntur, hæc habet: Atque Pompejus ipse usque ad tertium triumphum, mediocriter & simpliciter habitavit. Ὕστερον δὲ Ῥωμαίοις τοῦτο δὴ τὸ καλὸν, καὶ περιβόητον ἀνέστησε θέατρον, ὥσπερ ἐφόλκιόν τι παρετεκτήνατο λαμπροτέραν οἰκίαν ἐκείνης. Quod interpres sic vertit: Post populo Romano eximium illud, & celebratum theatrum exstruxit, & juxta, velut appendicem, ædificavit domum priore splendidiorem. Sed vox, *juxta*, omnino redundat, abhorrentemque a Plutarchi mente sensum efficit: quam tamen interpres eruit a verbo, παρετεκτήνατο, quasi, παρατεκταίνομαι significet solum, juxta & prope ædificare, cum & idem quod simplex τεκταίνομαι sit. Dicendum ergo: Post autem cum Romanis splendidum illud, & celebre theatrum erexisset, veluti appendicem quamdam, ædificavit domum priore splendidiorem. Itaque appendix in ædificationem, non in locum, cadit. Pompejus enim, post theatrum, ædificavit domum, sed non theatro proximam; verum illam eamdem, quam ante habebat, amplificavit: erat autem illi domus parum ultra amphitheatrum in Carinis, in IIII. Regione, ut ait P.Victor, Tab.III. num.120. *Verumtamen Donatus verbis*, παρετεκτήνατο, & ὥσπερ ἐφόλκιόν τι, *abuti videtur; quasi vero Pompejo possidenti domum in Carinis, hanc quidem amplificare, alteram vero exædificare non licuerit. Nec tamen ostendit, domum in Carinis positam splendidiorem illa fuisse, de qua quærimus; constat enim ex Plutarcho in Antonio, domum positam in Carinis Antonio sub hasta fuisse venditam: & idemmet in Pompejo*: Pompejus splendidiorem domum exædificavit, sed ne hanc quidem invidiosam, ut ille, qui dominus ejus post Pompejum fuit, obstupesceret, &c.

(b) *Pars vestigii hujus porticus habetur inter fragmenta marmor. veter. Ichnograph. Urbis*, Tab.XVI. num. V. *Fuisse autem prope Pompeji munera tantopere illustria, testis est Martialis lib.2. epigr.14. in Selium, de quo sic ait*:

Inde petit centum pendentia tecta columnis;
Illinc Pompeji dona, nemusque duplex.

Cui consonat Eusebius in Chronico, ubi inquit: Theatrum Pompeji incensum, & Hecatonstylon. *Incensum quippe, quia theatro proximum.*

(c) *Probabile est, Martis ædem fuisse ad Martis aram, de qua Cap. II. art.1. fuit sermo.*

(d) *Neptuni ædem nemo veterum recenset: aræ tantum Dei hujus in Circo Flaminio meminit Livius lib.30.* Ara Neptuni, *ait*, multo sudore manasse in Circo Flaminio dicebatur. *Verumtamen titulus sepulcralis a Marliano relatus ostendit, & ædem eidem numini ibidem fuisse*: ABASCANTIO AVG. LIB. AEDITVO AEDIS NEPTVNI, QVAE EST IN CIRCO FLAMINIO &c. *Ædem Castoris in Circo Flaminio, ejusque formam refert Vitruvius lib.4. cap.7. Ad hanc ex vetustissimi Calendarii fragmento apud Muratorium pag.* CL. *sacrum fiebat* XIX. *Kal. Septembres. Vulcani ædem recensuere P. Victor Reg. IX. Urb. & aliud vetus Calendarium, in quo Vulcanalia* XIX. *Kal. Septembres ad eam celebrari consuevisse leguntur. De Cnei vero Domitii delubro in Circo Flaminio testis est Plinius lib. 36. cap. 5.* In maxima dignatione, Cn. Domitii delubro in Circo Flaminio Neptunus ipse, & Thetis, & Achilles, &c.

(e) *Æmilianorum ædificiorum sedem ita conjecimus ex Suetonio in Claudio cap.18. Ait hic auctor*: Cum Æmiliana pertinacius arderent, in Diribitorio duabus noctibus mansit Claudius, ac, deficiente militum, & familiarum turba, auxilio plebem ...... convocavit. *Quare, cum Diribitorium fuerit in extremo Campo prope septa, ut docebimus Cap. insequente art.*XII. *Æmiliana, quæ ex hoc Suetonii loco fuisse prope Diribitorium conjecimus, aut in Campo, aut prope Campum exstiterunt. At Sex. Rufus vicum quemdam, Æmilianum nomine, in Reg. VII. Urbis recenset, quæ partim ad Campum Martium, partim ad collem Quirinalem pertinuit, ut ostendimus Vol.1. antiquit. Rom.* Tab.XXXVIII. *Quid igitur vetat, nos vicum hunc ab ipsis Æmilianis ita dictum opinari? Exarserunt rursus Æmiliana Neronis incendio, qui, ut ait Tacitus annal. lib. 15.* solatium populo exturbato ac profugo Campum Martium .... patefecit. *Cum igitur Æmiliana exusta fuerint, nihil his cum Campo Martio esse poterat, quo exturbatus incendio populus se recipiens, nulla eum ex parte combustum arguit. At ubinam Æmiliana fuerunt, ut in VII. Regione Urbis, & prope Diribitorium essent? Quo alio loco, quam quo a nobis posita sunt, divinare nos, fatemur, non posse.*

caſa [a], e la curia famoſa per l'aſſaſſinamento di Giulio Ceſare [1] (*Tav.IIII.fig.II.num.*31. *e* 32.). V'aggiunſe il portico detto Ecatonſtilo [b], perchè compoſto di cento colonne di marmo, tutte intere, fatte venire di lontan paeſe [2] (*num.*33.); e di più riduſſe ad orti ameniſſimi una gran parte del vicinato, gli uni ſuperiori, e gli altri inferiori (*num.*34.), ove poſcia ritiroſſi con buona guardia di ſoldati per evitar le inſidie di Milone [3].

XII. Vi rimangono altre opere, del tempo delle quali comecchè nulla di certo ricaviſi dagli antichi, nondimeno ſiam perſuaſi, doverſi annoverare in queſto Capitolo, da ciò che intorno ad eſſe ci vien riferito da'medeſimi autori. Furon queſte i templi di Marte [4] nel Campo [c], di Nettuno, di Caſtore, e di Vulcano, e 'l delubro di Gneo Domizio nel Circo Flaminio [d], come ſi può vedere nella *Tav.IV.fig.II. ai num.*35. 36. 37. 38. *e* *, e con più chiarezza nella *Tav.VII.part.*3. *della grande Icnografia del Campo Marzio*; ed in oltre le Ville Emiliane preſſo il Campo (detta *Tav.IV.fig.II.num.*39.). Di queſte Ville parla M.Varrone [5],come ſi è detto,che precedette il tempo di Ceſare Auguſto, a cui ſpettano le opere da riferirſi nel ſeguente Capitolo. Avendo poi ſcritto lo ſteſſo autore, ch'ell'erano ſenza fondi, e ſoltanto fatte per luſſo, ben ſi vede, che un tal luſſo non fu introdotto in Roma prima de'tempi di C.Flaminio, da'quali ſi è dato principio al preſente Capitolo [e]. E perchè i Romani riputavano, come dice Strabone [6], il Campo Marzio religioſiſſimo, vi fabbricarono in oltre i monumenti degli uomini e delle donne di maggior luſtro; cioè prima del regno d'Auguſto quelli di Silla Felice Dittatore [7] (*Tav.IV.fig.II. num.*40.), de'Conſoli Irzio e Panſa [8] (*num.*41.), di Giulio Ceſare [9] (*num.* 42.), di Giulia di lui figliuola [10] (*num.*43.), e di altri ancora in appreſſo, che per brevità ſi tralaſciano. Queſti ſono ſtati da noi deſcritti nella ſteſſa *Tavola IV. alla fig.II.*, e riferiti per ordine alfabetico nella ſerie degli edifizj del Campo Marzio che ſuccede alla ſteſſa Tavola.

CAPITOLO QVINTO.

Delle opere fatte nel Campo Marzio ſotto l' imperio d' Auguſto.

I. DAlla città libera torniamo di nuovo ai re; il primo de' quali Auguſto poſe in tal ſicurezza l'imperio acquiſtato a forza d'armi, beneficando tutti pubblicamente e privatamente, che già i Romani ſtimavano più quell'oneſto ſervire,che la primiera libertà per cui dianzi eranſi quaſi ri-

dotti

(1) Plutarc. e Sveton.in Ceſare, Dione nel lib.44. Appian. ed altri. (2) Marzial. nel lib.3. ep.19. Euſeb. nelle Cron, (3) Aſcon. nella Miloniana. (4) Dione nel l.56. (5) Nel lib.3. de re ruſt. (6) Nel lib.5. della Geograf. (7) L'epit. del lib,9. di T.Liv. Lucan. nel lib.2. della Farſagl. Plutarc. in Silla, ed in Pompeo. (8) L'epit. del lib.109. di Liv. (9) L'epit. del lib.116. del med. (10) L'epit. del lib.116. del med. Plutarc. in Pompeo, ed in Ceſare, Svet.in Ceſare al c 84. in Aug.al c.93. Dione nel lib.39.

(a) Dice il Donati nel lib.3. al cap.8. Coloro i quali vogliono, che la caſa di Pompeo foſſe accanto al teatro s'oppongono al vero: imperocchè Plutarco, ſopra cui maſſimamente ſi fondano, così dice: *E Pompeo ſteſſo fino al terzo trionfo abitò in una caſa mediocre e ſemplice.* Ἥκησε δὲ Ῥωμαίοις τοῦτο δὴ τὸ καλὸν καὶ περιβόητον ἀνεςὰς θέατρον, ὥσπερ ἐφόλκιόν τι παρατεκτήνατο λαμπροτέραν οἰκίαν ἐκείνης. *Le quali parole dall' interprete così ſono ſtate volgarizzate: Fabbricò poſcia al popolo Romano quel grande e celebre teatro, e accanto vi fece, come per giunta, una caſa più ſplendida della prima. Ma la voce, accanto, v'è ſtata appoſta di più, e rende un ſenſo affatto alieno da ciò che intende Plutarco; qual voce per altro dall'interprete è ſtata deſunta dal verbo* παρατεκτήνατο, *come ſe* παρατεκταίνομαι *ſignifichi ſoltanto fabbricare accanto e da vicino, eſſendo lo ſteſſo che il ſemplice* τεκταίνομαι. *Dee dunque dirſi: Ma dopo ch'egli ereſſe ai Romani quel nobile e celebre teatro, fabbricò, come per una certa giunta, una caſa più magnifica della prima. Ed in tal guiſa queſta giunta non riguarda il luogo, ma la fabbrica; imperocchè Pompeo, dopo aver fatto il teatro, fece la caſa, non già vicino al teatro; ma bensì ampliò quella, ch'egli aveva di prima, avendo la caſa poco più in là dell'anfiteatro nelle Carine nella IV. Regione, come afferma P.Vittore. Tav.III. num.*120. Nondimeno ſembra, che il Donati uſi impropriamente i termini παρατεκτήνατο, ed ὥσπερ ἐφόλκιόν τι, come ſe a Pompeo, poſſedendo una caſa nelle Carine, foſſe lecito d'ampliar queſta sì, ma non di fabbricarne un'altra. E pure non fa vedere, che la caſa poſta nelle Carine foſſe più ſplendida di quella di cui trattiamo; giacchè chiaramente riſulta da Plutarco in Antonio, che la caſa poſta nelle Carine fu ſubaſtata e venduta ad Antonio medeſimo; e lo ſteſſo dice in Pompeo: *Pompeo fabbricò una caſa più ſplendida, ma neppur queſta da recar maraviglia; talchè colui, che dopo Pompeo ne fu padrone, ſe ne ſtupiva, ec.*

(b) Una parte della pianta di queſto portico ritrovaſi tra' frammenti di marmo dell'antica pianta di Roma, *Tav.XVI. num.V.* Ch'eſſo rimaneſſe preſſo l'opere di Pompeo cotanto nominate, lo atteſta Marziale nel lib.2. all'epigramma 14. contra Selio, di cui così parla: *Poſcia paſſa al coperto ſoſtenuto da cento colonne, e quindi all'opere di Pompeo, e al doppio boſco.* Col quale concorda Euſebio nella Cronaca, allor che dice: *Il teatro di Pompeo arſo aſſieme coll'Ecatonſtilo*: eſſendoſi incendiato per eſſer vicino al teatro.

(c) Egli è probabile, che il tempio di Marte foſſe preſſo l'ara di Marte, di cui ſi è parlato nel Cap.II. all' art.I.

(d) Il tempio di Nettuno non è nominato da alcun autore antico. Livio ſolamente nel lib.32. fa menzione dell'altare fatto a queſto Dio nel Circo Flaminio. *Parlavaſi*, dic' egli, *che l'ara di Nettuno nel Circo Flaminio aveſſe ſudato molto.* Nondimeno una iſcrizione ſepolcrale riferita dal Marliano dimoſtra, che ivi foſſe anche il tempio di queſto Dio: ABASCANTIO. AVG. LIB. AEDITVO. AEDIS. NEPTVNI. QVAE. EST. IN. CIRCO. FLAMINIO, &c. Il tempio di Caſtore nel Circo Flaminio, e la forma di eſſo, vengono riferite da Vitruvio nel lib. 4. al cap.7. A queſto tempio, per quanto ricavaſi dal frammento d' un antichiſſimo Calendario preſſo il Murat. alla pag.150. ſagrificavaſi a dì 14. d'Agoſto. Del tempio di Vulcano fanno menzione P.Vittore nella Regione IX. di Roma, ed un altro antico Calendario in cui leggeſi eſſere ſtato ſolito di celebrarſi preſſo lo ſteſſo tempio i Vulcanali parimente a' dì 14. d'Agoſto. Del delubro poi di Gneo Domizio nel Circo Flaminio parla Plinio nel lib.36. al cap.5. *Sono ſtimatiſſimi il Nettuno, la Teti, e l'Achille del delubro di Gneo Domizio nel Circo Flaminio &c.*

(e) Il ſito delle Ville Emiliane noi abbiam rilevato da ciò che dice Svetonio in Claudio: *Proſeguendo ſempre più ad ardere l' Emiliane, Claudio rimaſe per due notti nel Diribitorio, e mancando la turba de' ſoldati e de' famigliari, chiamò in ajuto la plebe ....* Laonde, eſſendo ſtato il Diribitorio ſul confine del Campo preſſo i ſepti, come dimoſtreremo nel ſeguente Capitolo al 'art.XII. l'Emiliane che da queſto paſſo di Svetonio conghietturaſi eſſere ſtate preſſo il Diribitorio, o furono dentro al Campo, o accanto al Campo. Ma Seſto Rufo riferiſce nella Regione VII. di Roma un certo vicolo detto Emiliano: la qual Regione in parte ſtendevaſi verſo il Campo Marzio, e in parte verſo il colle Quirinale, come abbiam dimoſtrato nel primo Vol. dell'antichità Romane alla *Tav. XXXVIII.* Perchè dunque non potrem noi ſupporre, che queſto vicolo ſia ſtato così detto dalle ſteſſe Emiliane? Arſero di bel nuovo queſte Ville per l'incendio di Nerone, il quale, come narra Tacito nel lib.15. degli annali, *aprì al popolo ſturbato e fuggiaſco per ricovero il Campo Marzio .....* Dunque, eſſendo arſe l'Emiliane, non dovettero queſte eſſere nel Campo Marzio, giacchè egli con dire, che vi ſi ritirò il popolo ſturbato dall'incendio, ci fa intendere, che non foſſe arſo in alcuna parte. Ma dove mai rimanevano l'Emiliane, per poter dire, che foſſero nella Regione VII. e inſieme preſſo il Diribitorio? In qual altro luogo rimaneſſero, ſe non in quello ove da noi ſono ſtate poſte, confeſſiamo di non ſaperlo indovinare.

libertatem , qua pene interierant . Aucto igitur Senatu , plurimisque ex exteris etiam nationibus civitate donatis , ut eorum sibi vires adjungeret , cum intelligeret , civitatem publicis operibus maxime delectari , in eam & ipse curam incubuit , & , ut refert Suetonius [1] , Principes viros hortatus est , ut pro facultate quisque monumentis vel novis , vel refectis , & excultis Urbem adornaret . Multa itaque opera a multis exstructa sunt , *eorumque præcipua in Campo Martio hujusmodi monumentis aptissimo : quæ res adeo feliciter cessit , ut eum , ad Britannos in populi Romani fide servandos , imitatus postea fuerit Julius Agricola .* Sequens hyems , *ait Tacitus* [2], saluberrimis consiliis absumpta ; namque ut homines dispersi , ac rudes , eoque in bello faciles , quieti & ocio per voluptates assuescerent , hortari privatim , adjuvare publice , ut templa , fora , domus exstruerent , laudando promptos , & castigando segnes : ita honoris æmulatio pro necessitate erat . Jam vero principum filios liberalibus artibus erudire , & ingenia Britannorum studiis Gallorum anteferre , ut qui modo linguam Romanam abnuebant , eloquentiam concupiscerent . Inde etiam habitus nostri honos , & frequens toga ; paullatimque discessum ad delinimenta vitiorum, porticus , & balnea , & conviviorum elegantiam ; idque apud imperitos humanitas vocabatur , cum pars servitutis esset . *His igitur Augustus institutis , quibus etiam post mortem regnare per Agricolam visus est in Britannia , imperium orbis terrarum quadraginta annos obtinuit . Potissima autem opera , quæ vel ipse , vel alii in Campo Martio exstruxeruut , hæc sunt .*

II. *Anno Urbis* DCCXX. *L. Autronio Pœto , L.Volcatio Tullo Cos. idem Octavianus , ex manubiis Dalmatiæ , quam paullo ante in potestatem populi Romani redegerat* [3] , *curiam* [4] , *& scholas* [5] *exstruxit , easque amplissima porticu exornavit , quam Jovis , & Junonis ædibus Cap.* IV. *art.* VI. *notatis circumdedit , & Octaviæ nomine* [a] *nuncupavit* (Tab. IIII. fig. III. num. 44.) , *cognominemque bibliothecam* (eadem Tab. num. 45.) *addidit* [6] , *quæ* ab Octavia matre in Marcelli honorem & memoriam est dedicata [7] .

III. *Anno Urbis* DCCXXIII. *Imp. Cæs. Octaviano IV. M. Licinio Crasso Cos. T. Statilius Taurus amphitheatrum absolvit , quod in Campo Martio* [b] *suis sumptibus ædificabat* (Tab. IIII. fig. III. num. 46.) [8] : qua liberalitate jussit populus, ut Prætorem unum sibi benevisum quotannis eligeret .

IV. *Anno*

(1) *In Aug. c.29.* (2) *In vita Agricolæ.* (3) *Dio lib.49.* (4) *Plin. lib.30. c.5.* (5) *Idem lib.36. c.5.* (6) *Dio lib.36.* (7) *Plutarch. in Marcello .* (8) *Dio lib.51.*

(a) *Exstant adhuc rudera porticus Octaviæ, & ædis Junonis , quæ* Tab.II. *notantur* num. 12. & 13. III. num. 58. & 59. *aditum scilicet quatuor columnis , & duobus parastatis angularibus utrinque suffultum : columnæ minores septem ex aditus dextero latere , quæ sunt reliquæ ambitus porticus : & columnæ tres pronai ædis Junonis , ut ostendimus scenographice in* Tab.XIX. *Verumtamen antiquæ Urbis topographi opinati sunt , Octaviæ porticum fuisse prope ædem S.Nicolai , quæ vulgo dicitur in carcere , loco , quem* Tab.III. *notavimus* num.63. *& supra retulimus Cap.III. art.III. rudera vero , de quibus nunc agitur , pertinere vel ad Bellonæ ædem . vel ad Junonis Reginæ . At inter fragmenta veteris Ichnographiæ marmoreæ Urbis* (Tab.XVI. num.III.) *invenies vestigia ejusdem porticus adamussim ipsis ruderibus respondentia , modo horum parastatas exceperis in angulis positas , quarum loco & columnæ in fragmentis descriptæ sunt . Verum quid columnæ hæ obstant , ne rudera relata cum parastatis ad Octaviæ porticum pertinuisse dicamus ? Perperam profecto in vetere illa Urbis Ichnographia , tot alioqui lineis , expunctionibus , & stigmatibus referta , quæ , quid sibi velint , prorsus nescias , columnæ in utrisque aditus angulis descriptæ sunt . Ut id pateat , animadverte primum, columnas aditus cum in ruderibus , tum in fragmentis , esse crassiores columnis ambitus porticus , ita ut & his altiores fuisse deprehendantur . Quam ob rem quæram , qua ratione aditus columnis suffultus celsioribus continuus potuerit fieri cum ambitu porticus columnis humilioribus exstructo , nisi aditus ipse parastatas in quatuor angulis habuerit , quibus laterales intercluderentur parietes , hisque epistylia ipsius ambitus , & cetera , quæ his supra imponuntur , hærerent infixa ? Proxima præterea sunt hæc rudera theatri Marcelli ruderibus , quod vicinum Octaviæ porticui fuisse , auctor est Ovid. de art. amand.*

Aut ubi muneribus nati (*theatro Marcelli*) sua munera (*porticum*) mater (*Octavia*)
Addidit externo marmore dives opus .

Quo marmore columnæ etiam horum ruderum constant , & crustæ , quibus parietes ex parte teguntur .

(b) *Cum anteacto sæculo Citorius tumulus ; de quo Cap. I. art. II. sermo fuit , effoderetur , ut Ludovisiorum domus nova fieret (cujus postea loco Innocentio XII. Pont.Max. magna Curia Innocentiana facta est), templumque , & ædes Patrum Congregationis Missionis exstruerentur ; compertum fuit , eumdem tumulum, non natura , sed ruderibus fuisse concretum . At nescio quo casu ab antiquariis illius ætatis id animadversum non fuit . Vignolius in dissert. de columna apotheoseos Antonini Pii , ex ipso tumulo tunc extracta , licet hunc ruderibus adgestis coaluisse senserit , attamen hæret , ubi de re loquitur , & tempore , quibus tumulus crevit , Marlianum vero , L. Faunum , & L. Maurum in eadem sua dissertatione redarguit , quod ex amphiteatri Claudii ruderibus constitisse rati sunt ; ait enim , cum hic Imperator nullum amphitheatrum vel exstruxerit , vel perfecerit , quomodo tumulus ruderibus operis crescere potuit , quod nunquam exstitit ? Ne quis autem opinetur , eosdem antiquarios amphitheatrum , non Claudii dicere debuisse , sed Caligulæ, inscriptionem adfert, quam habet Gruter. pag.* CLXXVI. 5. *videlicet:*

TI. CLAVDIVS . DRVSI . F. CAES. AVGVSTVS . GERMANICVS . PONTIFEX .
MAXIM. TRIB. POTEST. V. P. P. COS. DESIG. IIII
ARCVS . DVCTVS . AQVAE . VIRGINIS . DISTVRBATOS . PER. C. CAESAREM . A . FVNDAMENTIS . NOVOS . FECIT . AC . RESTITVIT .

Ex qua inscriptione id constare ait , quod, cum Caligula arcus ductus aquæ Virginis disturbaverit , ut amphitheatro , quod paraverat , locum faceret , Citorium tumulum tali opere occupare nequiverit , ex his , quæ habentur apud Donatum, & Nardinum , qui dicunt, aquæductum hunc inter Divi Ignatii ædem , ac Pantheum desiisse (hoc est, præter asteriscum , quem Tab. III. *inscripsimus prope* num. 47.) . *At dicere potius debuerat Vignolius , relatam inscriptionem adhuc legi prope Collegium Nazarenum , qui locus eadem* Tab.III. *notatur* num.32. *ab utraque parte unius ex arcubus ipsius ductus , quem scenographice ostendimus in* Tab. XX. *atque heic a Caligula sedem amphitheatro designatam fuisse . Verumtamen Marlianus, ejusque sectatores Faunus , & Maurus, a vero amphitheatri nomine erraverunt . Cum vero opinati sunt, hujusmodi mole aliqua crevisse Citorium tumulum , utique non sunt decepti ; cum enim ad recentia ea ædificia , quæ superius retulimus , in eo exstruenda , pedes modo sexaginta , modo septuagintaquinque fuisset effossus, detecti sunt nonnulli spectaculorum gradus , quos se vidisse multi adhuc auctores sunt , quos inter Rondellius ædificiorum eorumdem Patrum curator . Inquirendum propterea est , cujusnam vel theatri , vel amphitheatri gradus hi fuerint . At stabilia Campi Martii theatra tria fuere : Pompeji scilicet , de quo diximus Cap. IV. art. XI. Balbi , & Marcelli , de quibus paullo infra sermo erit , quæque longe abfuerunt a tumulo , de quo quærimus . Restat igitur , ut de amphitheatrorum numero ac loco quæramus ; quamquam jam vidimus, amphitheatro Caligulæ Citorium tumulum occupatum non fuisse . At præter hoc fuisse in Campo Martio amphitheatra Neronis , Trojani , & Statilii Tauri , testes sunt antiqui scriptores ; quorum primum ligneum fuit , ac temporarium , ut ait Suetonius in Nerone cap.12. alterum ab Hadriano destructum , ut inquit Spartianus in ejus vita . Quam ob rem , cum nullæ utriusque reliquiæ remanserint , spectaculorum gradus , in Citorii visceribus repertos , ad tertium spectasse dicemus , nimirum Statilii Tauri: quod Nardinus ipse , tumulo sua ætate nondum effosso , suspicatus est , ut Cap. I. retulimus .*

dotti all'ultimo eccidio. Avendo perciò accreſciuto il numero de' Senatori, e conceduto il diritto della cittadinanza a moltiſſimi di nazioni anche ſtraniere, per farſi vie più forte col lor partito, ben vedendo, che i cittadini dilettavanſi aſſaiſſimo di opere pubbliche, ſi preſe ancor egli queſto penſiero, e, come narra Svetonio [1], *eſortò i magnati, ognuno ad abbellir la città ſecondo la ſua poſſibilità, o col far nuovi monumenti, o col rifare e adornare i vecchj. Per il che parecchie furon le opere fatte da molti di loro*, e le più ragguardevoli nel Campo Marzio, come luogo il più atto per tal ſorta di monumenti. La qual impreſa riuſcì così felicemente, che anche di poi Giulio Agricola s'avvisò di far lo ſteſſo per mantenere i Britanni nella fede promeſſa ai Romani. *Si paſsò*, dice Tacito [2], *l'inverno ſeguente in utiliſſimi provvedimenti; imperocchè avendoſi a far con uomini rozzi e diſperſi, e perciò facili a prender l'armi, acciocchè per mezzo de' piaceri ſi avvezzaſſero all'ozio e alla quiete, incominciò ad eſortare privatamente, e a dare pubblicamente degli ajuti, affinchè innalzaſſero templi, fori, e caſe, lodando i volonteroſi, e caſtigando i codardi; divenendo in tal guiſa neceſſità il puntiglio d'onore. I figliuoli poi delle principali famiglie ammaeſtravanſi nelle arti liberali, e gl'ingegni de' Britanni preferivanſi agli ſtudj de' Galli; così che chi poc'anzi abborriva la lingua Romana, ne deſiderava la facondia. Quindi venne anche in riputazione il noſtro veſtire, e l'uſo frequente della toga; e a poco a poco ſi paſsò agl'incaſcamenti del vizio, che ſono i portici, e i bagni, e la lautezza de' conviti: il che dagl' ignoranti chiamavaſi gentilezza, mentre era una parte di ſchiavitù*. Auguſto per tanto con queſte arti, colle quali ſembrò che regnaſſe anche dopo morte nella Bretagna per mezzo di Agricola, ſi mantenne per quarant'anni Imperadore dell'univerſo. E le opere principali fatte o da eſſo, o dagli altri nel Campo Marzio, ſon le ſeguenti.

II. L'anno DCCXX. di Roma, ſotto il Conſolato di L. Autronio Peto, e di L. Volcazio Tullo, il medeſimo Ottaviano, colle prede della Dalmazia da lui poc'anzi ſoggettata all' Imperio Romano [3], fabbricò la curia [4], e le ſcuole [5], adornandole con un ampliſſimo portico, che tirò attorno ai templi di Giove, e di Giunone, de' quali ſi è parlato nel Cap. IV. art. VI. e chiamò col nome [a] d'Ottavia (*Tav. IIII. fig. III. num.* 44.), e v' aggiunſe una libreria [6] dello ſteſſo nome (*detta Tavola num.* 45.), che *da Ottavia fu dedicata in onore e memoria di Marcello ſuo figliuolo* [7].

III. L'anno di Roma DCCXXIII. in cui furon Conſoli l'Imp. Ceſare Ottaviano per la quarta volta, e M. Licinio Craſſo, T. Statilio Tauro poſe fine all'anfiteatro, ch'egli fabbricava a ſue ſpeſe [b] nel Campo Marzio (*Tav. IV. fig. III. num.* 46.) [8]; *per la qual liberalità volle il popolo, che foſſe in di lui potere l'eleggere ogni anno un Pretore a ſuo piacere.*

I 2 L'an-

(1) In Auguſto al cap. 29. (2) Nella vita d'Agricola. (3) Dione nel lib. 49. (4) Plin. nel lib. 30. al cap. 5. (5) Il medeſimo nel lib. 36. al cap. 5. (6) Dione nel lib. 36. (7) Plutarc. in Marcello. (8) Dione nel lib. 51.

(a) Vi reſtano per anche gli avanzi del portico d'Ottavia, e del tempio di Giunone, dinotati nella *Tav. II. co' num.* 12. *e* 13., e nella *III. co' num.* 58. *e* 59. cioè un andito ſoſtenuto da ambe le parti da quattro colonne, e due pilaſtri negli angoli; ſette colonne più piccole al lato diritto dell'andito, che ſon quelle che vi rimangono del portico, e tre colonne del pronao del tempio di Giunone, come dimoſtriamo in proſpettiva nella *Tav. XIX.* Nondimeno gli ſcrittori delle rovine di Roma antica han creduto, che il portico d' Ottavia ſia ſtato preſſo la Chieſa di S. Niccolò chiamata volgarmente *in carcere*, nel ſito da noi dinotato nella *Tav. III. col num.* 63., e di ſopra riferito al Cap. III. art. III. e che gli avanzi di cui ora ſi tratta, appartengano o al tempio di Bellona, o a quello di Giunone Regina. Ma tra' frammenti di marmo dell'antica pianta di Roma (*Tav. XVI. num. III.*) trovanſi le veſtigie dello ſteſſo portico in tutto e per tutto corriſpondenti ai medeſimi avanzi, ſe pur ſe n'eccettuano i pilaſtri poſti negli angoli, in vece de' quali ne' frammenti parimente vi ſono ſtate delineate le colonne. Ma come a cagione di queſte colonne non potrem noi dire, che gli avanzi de' pilaſtri di ſopra riferiti ſiano appartenuti al portico d'Ottavia? Non v'ha dubbio, che in quell'antica pianta di Roma, ripiena per altro di tante linee, punti, ed altri ſegni, che non ſi può arrivare a ſapere, che coſa mai voglian dire, le colonne malamente ſono ſtate deſcritte negli uni e gli altri angoli dell' andito. E che ciò ſia vero, oſſerviſi primieramente, che ſiccome negli avanzi, così ne' frammenti ſon più groſſe delle colonne del giro, talchè ſi argomenta, ch' ell'erano anche più alte di queſte. Domando per tanto, come mai un andito ſoſtenuto da colonne più alte, ſi ſarebbe potuto unire col giro del portico fabbricato con colonne più baſſe, ſe l'andito medeſimo non aveſſe avuto ne' quattro angoli i pilaſtri per intracchiudere le pareti laterali, con cui poſcia immarginar gli architravi dello ſteſſo giro col reſto che vi ſi pon ſopra? Di più queſti avanzi ſono accanto a quelli del teatro di Marcello, che Ovvid. de art. am. dic' eſſere ſtato vicino al portico d' Ottavia: *O vero dove la madre* (Ottavia) *alle magnificenze del figlio* (al teatro di Marcello) *aggiunſe le proprie*, (cioè il portico) *opera ricca di marmi foreſtieri*. De' quali marmi ſono anche le colonne di queſti avanzi, e le laſtre di cui in parte ſon riveſtite le pareti.

(b) Scavandoſi nel ſecol paſſato il monte Citorio, di cui ſi è parlato nel Cap. I. art. II. per rifare il palazzo Ludoviſi (nel cui ſito dal Sommo Pontefice Innocenzio XII. fu innalzata la gran Curia Innocenziana), e fabbricandoviſi la Chieſa, e 'l chioſtro de' Padri della Congregazione della Miſſione, ſi riconobbe, che un tal tumulo non era altrimenti naturale, ma benſì un maſſo di rovine. Ma non ſo come mai non ſe ne ſiano accorti gli antiquarj di que' tempi. Il Vignuoli nella diſſert. della colonna dell'apoteoſi d'Antonino Pio ſcavata in tal' occaſione dalle viſcere dello ſteſſo tumulo, ſebbene abbia creduto eſſer eſſo nato dalle rovine ammucchiatevi, nonpertanto ſta perpleſſo d'animo, allor che dice, da che ed in qual tempo ſia ſurto lo ſteſſo tumulo. Riprende poi nella ſteſſa ſua diſſertazione il Marliani, L. Fauno, e L. Mauro, perchè han creduto, che ſi ſia fatto colle rovine dell' anfiteatro di Claudio, con dire: Non avendo queſto Imperadore, nè fatto nè finito verun anfiteatro, come potè ſorgere un tumulo dalle rovine d'un'opera, che non è ſtata mai in eſſere? E perchè taluno non penſi, che i riferiti antiquarj doveſſero chiamar queſto anfiteatro, non di Claudio, ma di Caligola, riporta una iſcrizione del Grutero alla pag. CLXXVI. 5. cioè: *Ti. Claudio, figl. di Druſo, Ceſ. Auguſto Germanico, Pontefice Maſſimo, nella V. podeſtà Tribunizia, Padre della Patria, Conſolo Deſignato per la quarta volta, fece di nuovo e ritornò nel primo ſtato da' fondamenti gli archi del condotto dell'acqua Vergine interrotti da C. Ceſare*. Dalla quale iſcrizione dic' eſſer manifeſto, che Caligola avendo interrotti gli archi del condotto dell'acqua Vergine, per dar luogo all' anfiteatro, ch'egli aveva preparato di fare, non potè con queſt' opera ingombrare il monte Citorio, ſe ſi ha riguardo a quel che dicono il Donati, e 'l Nardini, cioè, che queſt'acquidotto terminava fra la Chieſa di S. Ignazio, ed il Panteo, vale a dire oltre l'aſteriſco poſto nella *Tav. III.* preſſo il *num.* 47. Ma il Vignuoli doveva piuttoſto dire, che la riferita iſcrizione tuttavia leggeſi preſſo il Collegio Nazzareno nel luogo dinotato nella *Tav. III. col num.* 32. da ambe le parti di uno degli archi dello ſteſſo condotto, che ſi dimoſtra in proſpettiva nella *Tav. XX.* e che quivi da Caligola fu deſtinato il ſito all'anfiteatro. Nondimeno circa il vero nome dell'anfiteatro hanno equivocato il Marliani, e Fauno, e Mauro ſeguaci di lui; ma non hanno però preſo certamente abbaglio, allor quando han creduto, che il monte Citorio ſia nato da una qualche ſimile mole; imperocchè eſſendo ſtato ſcavato ove ſeſſanta, ove ſettantacinque piedi, per gettarvi i fondamenti de' moderni edifizj di ſopra riferiti, furono ſcoperti alcuni gradi degli ſpettacoli, i quali vi ſon per anche molti, che atteſtano d'aver veduti, e fra eſſi il Rondelli ſoprantendente delle fabbriche de' medeſimi Padri. Deeſi per tanto cercare, di qual teatro, o anfiteatro ſiano ſtati queſti gradi. Ma i teatri ſtabili del Campo Marzio furon tre; cioè di Pompeo, di cui abbiamo parlato nel Cap. IV. art. XI. di Balbo, e di Marcello, de' quali ſi parlerà poco ſotto, e che furono ben lontani dal tumulo di cui ſi tratta. Riman dunque a cercarſi il numero, e 'l ſito degli anfiteatri; ſebbene già abbiam veduto, che il Monte Citorio non fu ingombrato dall'anfiteatro di Caligola. Ma gli ſcrittori antichi atteſtano, che oltre a queſto furono nel Campo Marzio gli anfiteatri di Nerone, di Trajano, e di Statilio Tauro: il primo de' quali fu di legno, e fatto per certo tempo, come dice Svetonio in Nerone al cap. 12. il ſecondo fu diſtrutto da Adriano, come narra Sparziano nella di lui vita. Il perchè, non eſſendovi rimaſti avanzi di queſti due, diremo, che i gradi degli ſpettacoli, rinvenuti nelle viſcere del Citorio, ſieno appartenuti al terzo, cioè di Statilio Tauro; del che ha ſoſpettato lo ſteſſo Nardini, avvegnachè a' ſuoi tempi non foſſe ſtato per anche ſcavato, come abbiam riferito al Cap. I.

IV. *Anno Urbis* DCCXXIV. *Imp. Cæſ. Octavianus, Conſul* V. *cum Sex. Appulejo, Minervæ ædem, quæ Chalcidica appellata eſt* [1], *& quidem æream in eodem Campo* [a] *exſtruxit* (Tab. IIII. fig. III. num. 47.). *Quæ ratio eum moverit, ut numen hoc in hujuſmodi æde coleretur, perſpectum non eſt. Exemplo ejus conflata fortaſſe eſt, de qua Cælius Rhodienſis* [2]: Chalciœcus, Minerva Sparthæ, vel quod domum æream habebat, vel quod Chalcidenſes, qui ſunt in Eubœa exules, id templum condiderunt. *Livius vero adfirmatius* [3]: Ætoli circa Chalciœcon (Minervæ id templum æreum) congregati cæduntur.

V. *Mauſoleum magnificentiſſimum ſibi, poſteriſque ſuis, & familiaribus, cum* VI. *Conſul ipſe eſſet, M. vero Agrippa* II. *anno Urbis* DCCXXV. [4] *inter Flaminiam viam, ripamque Tiberis exſtruxit* (Tab. IV. fig. III. num. 48.). *Opus hoc, Strabone teſte* [5], *fuit* agger ad amnem ſupra ſublimem albi lapidis crepidinem congeſtus, & ad verticem uſque ſemper virentibus arboribus coopertus; in cujus faſtigio ſtatua ipſius Auguſti: ſub aggere loculi ejus, & cognatorum, & familiarium. A tergo lucus magnus, ambulationes habens admirabiles (*eadem Tab. num.* 50.) *quem in breviario rerum a ſe geſtarum* [6], *nemus Cæſarum appellavit*. Ad medium autem Campum ambitus Buſti ejus (*num.* 49.) ex albo lapide in orbem cinctus ferrea ſepe, intus populis conſitus * [b]. *His operibus Auguſtus non modicam ſane Campi Martii partem occupavit*.

VI. *Anno Urbis* DCCXXVI. *Imp. Cæſ. Auguſto VII. M. Agrippa III. Cos. idem Agrippa Pantheum* [7] *in Campo Martio fecit* (Tab. IV. fig. III. num. 51.), *quod, poſt abſumpta ruinis & incendiis fere omnia veterum opera, adhuc exſtat. Squallet hoc vetuſtate, incendiis, & barbarorum direptionibus: verum nec amiſſus ſplendor, nec ſumptuoſa recentium operum magnificentia, quidquam majeſtati operis ademerunt. In hoc opere deſcribendo non immoror; quod peculiari volumine de eo ſim acturus* [c].

VII. *Inſequenti anno, Imp. Cæſ. Auguſto VIII. T. Statilio Tauro II. Cos.* [8] *Agrippa Septa dedicavit. Septa in Campo Martio locus erat* (Tab. IV. fig. III. num. 52.), *de quo ſuperius diximus Cap. III. art.* IV. Hæc ad habenda tributa Comitia ſub M. Æmilio Lepido Triumviro, undequaque porticibus circumductis ædificata tabulis lapideis, & picturis a ſe ornata, Septa Julia ab Auguſto cognominavit ** [d].

VIII. *Idem*

(1) *Cornel. Nep. in vit. Pauſan. aliique.* (2) *Lib.8.* (3) *Lib.35.* (4) *Sueton. in Auguſto.* (5) *Geograph. lib.5.* (6) *In lapidib. Ancyranis.* (7) *Dio lib.53. Plin. lib.34. c.3. lib.36. c.5. & 15. Xiphilin. epit. Dionis in Hadriano, Macrob. Saturnalior. lib.3. c.17. Æl. Spartian. in Hadriano, Jul. Capitolin. in Antonino, Ammian. Marcellin. lib.16.* (8) *Dio lib.53.*

(a) *Donatus lib.6. cap.16. ait, templi hujus rudera ſe vidiſſe ſub terra alte defoſſa prope ædem S. Mariæ ſuper Minervam intra ambitum Collegii Romani, & in eorumdem ruderum apſide Minervæ ſtatuam e ſtereobata dilapſam, capite, pedibuſque deminutam, cujus* veſtem, *addit*, tenuiſſimam, anguiculi pro ligulis humero adligabant; ſub collum ante pectus inſerta bulla, Meduſæ vultu, & crinalibus notata ſerpentibus, quæ nunc refecta, & reſtituta in hortis Ludoviſianis adſpicitur.

(*) Ἀξιολογώτατον δὲ τὸ Μαυσώλειον καλούμενον ἐπὶ κρηπῖδος ὑψηλῆς λευκολίθου πρὸς τῷ ποταμῷ χῶμα ἄχρι κορυφῆς τοῖς ἀειθαλέσι τῶν δένδρων συνηρεφές. Ἐπ' ἄκρῳ μὲν οὖν εἰκών ἐστι χαλκῆ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος. Ὑπὸ δὲ τῷ χώματι θῆκαι εἰσὶν αὐτοῦ, καὶ τῶν συγγενῶν, καὶ οἰκείων. Ὄπισθεν δὲ μέγα ἄλσος περιπάτους θαυμαστοὺς ἔχον. Ἐν μέσῳ δὲ τῷ πεδίῳ ὁ τῆς καύστρας αὐτοῦ περίβολος, καὶ οὗτος λίθου λευκοῦ, κύκλῳ μὲν περικείμενον ἔχων σιδηροῦν περίφραγμα, ἐντὸς δ' αἰγείροις κατάφυτον.

(b) *Exſtant etiamnum conſpicua hujus Mauſolei rudera, quæ innuimus in* Tab. II. num. 35. *&* III. num. 26. *Oſtenduntur autem ſcenographice* Tab. XX. *Exſtant & Buſti, ejuſque ſubſtructionum veſtigia, quæ* Tab. III. *notavimus* num. 21. 22. 23. & *, *oſtendimus autem ſcenographice* Tab. XXII. *Quæ omnia integra oſtendimus* Tab. IIII. fig. III. num. 48. 49. 50. *&* magna Ichnographia Campi Martii. *Non recte Donatus, & Nardinus putant de Auguſti Buſto loquutum Herodianum, ubi ait, agens de Septimii Severi apotheoſi*: Lectum extra Urbem perferunt in Martium Campum, ubi, qua latiſſime Campus patet, ſuggeſtus aſſurgit: *ſeu, ut Græca vox habet*, paratus eſt. *Uterque adfert hæc verba: alter, ut probet, cremata in eo Buſto fuiſſe Auguſtorum cadavera, vel eorumdem, cum inter Divos referebantur, imagines; alter, ut id ipſum adſtruat, præcipue vero Buſti locum. At Buſtum Auguſti, ut habemus ex Strabone, ſuggeſtus quidem inſtar fuit, ſed ex albo lapide: ligneum vero, quod nobis ab Herodiano deſcribitur. En integer locus*: Poſt hæc autem lectum portantes, deferunt extra Urbem in Campum Martium, ubi paratus jam eſt, qua latiſſime Campus patet, ſuggeſtus quidam quadrangula ſpecie, & æquis lateribus, nulla, præterquam ingentium lignorum, materia compactus in tabernaculi formam. Is quidem interius totus eſt aridis fomitibus oppletus: *ſcilicet ut facilius combureretur. Ex his patet, quid intereſſet diſcriminis inter Buſtum Auguſti, & ſuggeſtum apotheoſeos, præſertim cum alterum ſtabile eſſet, & perpetuum, alter pro re nata, & ad tempus pararetur.*

(c) *Hujus templi ſedes notatur* Tab. II. num. 22. *&* III. num. 48. *oſtenditur autem ſcenographice idem templum* Tabulis XXIII. & XXIV.

(**) Μετὰ δὲ δὴ τοῦτο αὐτός τε τὸ ὄγδοον σὺν τῷ Ταύρῳ τῷ Σταπιλίῳ ὑπάτευσε, καὶ ὁ Ἀγρίππας τὰ Σεπτὰ ὠνομασμένα καθιέρωσεν. Ὁδὸν μὲν γὰρ οὐδεμίαν ἐπισκευάσειν ὑπέσχετο. Ταῦτα δὲ ἐν τῷ Ἀρίῳ πεδίῳ στοαῖς πέριξ ὑπὸ τοῦ Λεπίδου πρὸς τὰς φυλετικὰς ἀρχαιρεσίας συνῳκοδομημένα, καὶ πλαξὶ λιθίναις, καὶ ζωγραφήμασιν ἐπεκόσμησεν, Ἰούλια αὐτὰ ἀπὸ τοῦ Αὐγούστου προσαγορεύσας.

(d) *Exſtant hodie rudera porticus eorumdem Septorum, quæ innuimus* Tab. II. num. 19. *&* III. num. 52. 53. *eaque ſunt, quæ ſcenographice oſtenduntur* Tab. XXV. *Reſpondent adamuſſim veſtigio ipſius porticus relato in fragmentis antiquæ Ichnographiæ marmoreæ Urbis* (Tab. XVI. num. VI.). *Quod nondum Romæ veteris topographi rudera hæc animadvertiſſent, de Septorum loco abſtinuerunt decernere, Nardino excepto, qui lib.6. cap.6. occupaſſe ea, inquit, Citorii tumuli partem, domumque, & aream Capranicenſem; quæ loca eadem fere ſunt, quæ in* Tab. III. *deſcripta ſunt* num. 34. 35. 46. 47. *Nos vero noſtra Septorum delineatione Nardini opinionem improbavimus: cum enim rudera porticus exſtent in ædibus Pamphiliorum, cumque in fragmento* (*eadem* Tab. XVI. num. VI.) *adſpiciantur & veſtigia Septorum porticui contigua; jam liquet, Septa nec Citorii tumuli partem, nec domum areamque Capranicenſem occupare potuiſſe. Cum autem Septa in ipſo fragmento adhæreant uni ex lateribus ipſius porticus, ea nos eodem modo, & forma delineavimus. Dicet aliquis: utri porticus lateri adhæſerunt Septa? Orientali, reponam: atque id compertum eſt tum ex reſiduis pilis, quæ porticum a meridie ſeptentrionem verſus protenſam fuiſſe ſignificant; tum ex Frontino Commentar. de aqueduct. Urb. art. 22. nam, cum ſcribat*: Arcus aquæ Virginis finiuntur in Campo Martio ſecundum frontem Septorum: *ex effoſſis autem horum arcuum reliquiis, ut infra narrabimus, compertum ſit, eos finitos fuiſſe prope aſteriſcum, ſive* num. 47. *ejuſd. topographiæ* Tab. III. *ubi nunc eſt area, quam vocant Sciarræ, evidens eſt, ſeptentrionalem porticus frontem ultra aream hanc non fuiſſe protenſam; meridionalem vero contra aream, quam dicunt Venetiarum, ſcilicet prope* num. 56. *Cognita igitur porticus Septorum ſede, facili negocio quæſtio reſolvitur, cuinam ex lateribus ipſius porticus hæſerint Septa; cum enim ex fragmento jam citato noverimus, ſepta miræ fuiſſe magnitudinis, occidentalem vero porticus regionem Minervæ æde, Serapio, Chalcidico, Caſtro aquæ Virginis, Antonini templo, totque aliis operibus ſciamus occupatam; patet, ab Orientali porticus latere eodem loco fuiſſe, quo a nobis deſcripta ſunt.*

IV. L'anno di Roma DCCXXIV. l'Imp. Ceſare Ottaviano, eſſendo Conſolo per la quinta volta con Seſto Appulejo, fabbricò nel medeſimo Campo il tempio di Minerva detto il Calcidico [a], e fabbricollo di bronzo [1] (*Tav. IV. fig. III. num. 47.*). Per qual ragione s'induceſſe a far adorare queſta Deità in cotal tempio, non ſi ſa. Fu per avventura fuſo a ſimilitudine di quello di cui parla Celio Rodienſe [2] : *Calcieco diceſi Minerva in Iſparta, o perchè ell'aveva il tempio di bronzo, o perchè i Calcideſi che trovanſi eſuli nell'Eubea, fabbricarono un tal tempio*: e con maggior' aſſeveranza T. Livio [3]: *Gli Etoli raunatiſi intorno al Calcieco* (*ch' è un tempio di Minerva di bronzo*), *vengono trucidati*.

V. Nell' anno di Roma DCCXXV. eſſendo egli Conſolo per la ſeſta volta con M. Agrippa per la ſeconda, fabbricò un magnificentiſſimo Mauſoleo per ſe [4], e pe'ſuoi poſteri, e famigliari, tra la via Flaminia, e la ripa del Tevere (*Tav. IV. fig. III. num.* 48.). Queſt' opera, al dir di Strabone [5], conſiſtè in *un tumulo ſituato ſopra un' alta ſuſtruzione di pietra bianca, e coperto in ogni tempo ſino alla cima da verdi alberi, nella cui ſommità eſiſte la ſtatua dello ſteſſo Auguſto: ſotto il tumulo i nicchj per eſſo, pe' parenti, e pe' famigliari. Al di dietro un gran boſco con viali mirabili* (detta Tav. num. 50.), *che nel compendio delle ſue geſte egli chiamò boſco de' Ceſari* [6]. *Alla metà del Campo poi v'è il recinto del di lui Buſto* (num. 49.) *di pietra bianca, circondato da una cancellata di ferro, tutto pieno di pioppi al di dentro* * [b]. Con queſte opere occupò Auguſto una parte certamente non piccola del Campo Marzio.

VI. L' anno di Roma DCCXXVI. eſſendo Conſoli l' Imp. Ceſ. Auguſto per la ſettima volta, e M. Agrippa per la terza, il medeſimo Agrippa fece nel Campo Marzio [7] il Panteo (*Tavola IIII. fig. III. num.* 51.), che dopo la rovina e l'incendio di quaſi tutte le opere antiche, rimane per anche in eſſere, deturpato, egli è vero, dal tempo, dagl' incendj, e da' guaſtamenti de' barbari; ma nonpertanto nè il perduto ſplendore, nè le ſuntuoſe e magnifiche opere de' tempi noſtri hanno ſcemata la maeſta dell'opera. Non mi trattengo a deſcriverla, perchè ſon per trattarne in un volume a parte [c].

VII. Nel ſeguente anno in cui furon Conſoli l' Imp. Ceſare Auguſto per l'ottava volta, e T. Statilio Tauro per la ſeconda [8], Agrippa dedicò i Septi. I Septi erano un luogo del Campo Marzio (*Tav. IV. fig. III. num.* 52.), di cui abbiam parlato di ſopra nel Cap. III. art. IV. *Eſſendo ſtati fabbricati per tenervi i Comizj Tributi, e circondati intorno intorno con portici ſotto M. Emilio Lepido Triumviro, ed avendoli egli adornati con tavole di marmo, e con pitture, li chiamò Septi Giulj dal nome d' Auguſto* ** [d].

K VIII. Lo

(1) Cornel. Nep. nella vita di Pauſania, ed altri. (2) Nel lib. 8. (3) Nel lib. 35. (4) Sveton. in Auguſto. (5) Nel lib. 5. della Geogr. (6) Nelle lapidi Ancirane. (7) Dione nel lib. 53. Plin. nel lib. 34. c. 3. e nel lib. 36. cap. 5. e 15. Zifilin. epitom. di Dion. in Adriano, Macrob. nel lib. 3. de' Saturnali c. 17. El. Sparzian. in Adriano, Giul. Capitolin. in Antonino, Ammian. Marcellin. nel lib. 6. (8) Dione nel lib. 53.

(a) Il Donati nel lib. 6. al cap. 16. dice d'aver veduto le rovine di queſto tempio ſcavate molto ſotto terra preſſo la Chieſa di S. Maria ſopra Minerva dentro il giro del Collegio Romano, colla ſtatua di Minerva dentro la tribuna delle ſteſſe rovine, caduta dal piediſtallo, ſenza capo e ſenza piedi, *la cui ſottiliſſima veſte*, egli aggiugne, *era legata alla ſpalla con de' ſerpentelli in vece di ſtringhe; ha ſotto il collo appeſa al petto la bolla col teſchio di Meduſa, e co' ſerpenti per capelli: la quale, eſſendo ſtata racconciata, e reſtaurata, preſentemente ſi vede nel giardino Ludoviſi*.

(b) Vi reſtano per anche grandioſi avanzi di queſto Mauſoleo dinotati nella *Tavola II. col num.* 35. e nella *III. col num.* 26. e dimoſtranſi in proſpettiva nella *Tav. XXI.* Vi rimangono altresì le veſtigie del Buſto, e delle ſuſtruzioni di eſſo, accennate nella *Tav. III. co' num.* 21. 22. 23. e coll' *, e dimoſtrate in proſpettiva nella *Tav. XXII.* le quali coſe tutte ſi dimoſtrano intere nella *Tavola IIII. fig. III. ai num.* 48. 49. 50. e nella *grande Icnografia del Campo Marzio*. Il Donati, e 'l Nardini non intendon bene il parlar d'Erodiano intorno al Buſto di Auguſto, ove tratta della deificazione di Settimio Severo. *Portano*, dic'egli, *il letto fuori di Roma nel Campo Marzio, ove nel ſito il più largo s' innalza*, o, come dice il Greco, *è preparato il tumulo*. Ambedue riportano queſte parole; l'uno per provare, che in quel Buſto furon arſi i cadaveri degli Auguſti, o le loro immagini, allor quando ſi deificavano; l'altro per confermar la ſteſſa coſa, ed in iſpezie il ſito del Buſto. Ma il buſto d'Auguſto, come abbiam da Strabone, fu, egli è vero, a guiſa d'un tumulo, ma di marmo bianco: all'incontro quello deſcrittoci da Erodiano, era di legno. Eccone l'intero paſſo. *Di poi prendendo il letto, lo portano fuori di Roma nel Campo Marzio, dov' è già preparato nel ſito il più largo di eſſo Campo un tumulo di figura quadrangolare con lati uguali, non compoſto d'altra materia, che di gran pezzi di legname a foggia di tabernacolo, che dentro è tutto ripieno d'eſca arida*: cioè a dire, perchè ardeſſe più facilmente. Quindi è patente la differenza, che paſſava tra 'l buſto d'Auguſto, e 'l tumulo della deificazione; molto più che l'uno era ſtabile e perpetuo, e l'altro ſi preparava ſecondo l'occorrenze, e per un certo tempo.

(c) Il ſito di queſto tempio s'accenna nella *Tav. II. col num.* 22., e nella *III. col num.* 48. Si dimoſtra poi lo ſteſſo tempio in proſpettiva nelle *Tav. XXIII.* e *XXIV.*

(d) Vi rimangono in oggi gli avanzi del portico de' medeſimi Septi, dinotati nella *Tav. II. col num.* 19. e nella *III. co' num.* 52. e 53. e ſon quegli ſteſſi, che ſi dimoſtrano in proſpettiva nella *Tav. XXV.* e in pianta nel Tom. IV. delle antichità Romane alla Tavola XLVII. Confrontano in tutto e per tutto colla pianta d' eſſo portico riferita tra' frammenti di marmo dell'antica Icnografia di Roma (*Tav. XVI. num. VI.*). Gli ſcrittori delle rovine di Roma antica, non eſſendoſi finora accorti di queſti avanzi, ſi ſono aſtenuti dal dare alcun giudizio intorno al ſito de' Septi, eccettuato il Nardini, che nel lib. 6. al cap. 6. dice, che occupavano una parte del monte Citorio, e la caſa e la piazza di Capranica; i quali ſiti ſon quaſi gli ſteſſi, che i dinotati nella *Tav. III. co' num.* 34. 35. 46. e 47. All'incontro noi col noſtro diſegno de' Septi venghiamo a diſapprovare l'opinione del Nardini, imperocchè, rimanendo gli avanzi del portico nel palazzo Panfilj, e vedendoſi altresì nel frammento (*Tav. XVI. num. VI.*) le veſtigie de' Septi unite al portico, ell'è coſa manifeſta, che non poteron occupare una parte del monte Citorio, nè la caſa e piazza di Capranica. Eſſendo poi nello ſteſſo frammento i Septi congiunti con un de' lati dello ſteſſo portico, ſon però ſtati da noi diſegnati nella ſteſſa forma e maniera. Dirà taluno: con qual lato de' portici eran congiunti i Septi? Coll'orientale, riſponderò; come ben ſi ricava e da' pilaſtri reſiduali, i quali dimoſtrano, che il portico da mezzodì eſtendevaſi verſo ſettentrione, e da Frontino nel comentario degli acquidotti di Roma all'art. 22. imperocchè, ſcrivendo egli: *Gli archi dell'acqua Vergine finiſcono nel Campo Marzio lungo la facciata de' Septi*: e ſapendoſi per gli ſcavi di queſti medeſimi archi, come narreremo di ſotto, che finivano preſſo *l'aſteriſco*, o ſia il *num.* 47. notato nella ſteſſa Topografia della *Tav. III.* ove oggi è la piazza detta di Sciarra, ell'è coſa evidente, che la facciata ſettentrionale del portico non ſi eſtendeva più in là di queſta piazza, e che la meridionale guardava verſo la piazza, che chiamano di *Venezia*, cioè preſſo il *num.* 56. Saputoſi adunque il ſito del portico de' Septi, viene a ſcioglierſi con facilità la quiſtione, con qual lato de' portici eran congiunti i Septi; imperocchè, avendo noi dal frammento di ſopra citato riconoſciuto, che i Septi erano d'una grandezza maraviglioſa, e che dalla parte occidentale il ſito del portico era occupato dal tempio di Minerva, di Serapide, di Minerva Calcidica, dal Caſtello dell'acqua Vergine, dal tempio d'Antonino Pio, e da tante altre opere; è coſa manifeſta, ch'eſſi erano dalla parte orientale del portico in quel ſito ove gli abbiam deſcritti.

VIII. *Idem Agrippa, Imp. Cæſ. Auguſto IX. M. Junio Silano Cos. anno Urbis* DCCXXVIII. [1] Porticum Neptuni *in Campo Martio* propter victorias navales exſtruxit (*Tab. IV. fig. III. num.* 53.) , & Argonautarum pictura decoravit * ; *quæ idcirco porticus & Argonautarum* [2] , *& Vipſania* [3] , *ab ejus nomine dicta eſt* [a] . *Templum, Baſilicamque hujus Dei porticui contiguam fecit* (eadem Tab. fig. III. num. 54. & 55.) ; *magnificentiſſimum Pantheo pronaum adjunxit, quod adhuc exſtat* [4] ; *poſt Pantheum thermas* [b] *corporibus Lacedæmonum more exercendis* [5] (eadem Tab. fig. III. num. 56.) ; *atque in his ſtagnum* (num. 57.), *Neronis poſtea ratibus & illecebris celebre* [6] , *& hortos circa poſuit* (num. 58.) .

IX. Cum autem, *ut ait Frontinus* [7] , jam tertium Conſul fuiſſet, C. Sentio, Q. Lucretio Cos. *anno Urbis* DCCXXXIV. *aquam* Virginem in agro Lucullano conlectam, Romam perduxit. Concipitur via Collatia ad milliarium VIII. paluſtribus locis ; ſignino circumjecto, continendarum ſcaturiginum cauſſa, adjuvatur, & cum pluribus aliis adquiſitionibus *etiamnum* venit per longitudinem paſſuum XIV. millium CV. Ex eo, rivo ſubterraneo, paſſuum XII. millium DCCCXLV. Supra terram per paſſus MCCXL. Ex eo, ſubſtructione rivorum locis compluribus paſſuum DXL. Opere arcuato paſſuum DCC. Adquiſitionum ductus rivi ſubterranei efficiunt paſſus MCDV. [8] Arcus *autem* initium *habuere* ſub hortis Lucilianis (*Tab. IIII. fig. III. num.* 59. 60.) ; *finiebantur* in Campo Martio [c] ſecundum frontem ſeptorum ; *quo loco Agrippa aquæ huic caſtellum fecit* (eadem Tab. IIII. fig. III. num. 61.) , *præter alterum prope Juturnæ ædem* (num. 62.) , *de qua Ovidius* [9] :

Te quoque lux eadem Turni ſoror æde ſacravit
Heic, ubi Virginea Campus obitur aqua.

Item Sex. Rufus, & P. Victor [10] : Ædes Juturnæ ad aquam Virgineam.

X. *Præter aquam Virginem, magnam partem Anienis veteris, & Marciæ in Campo Martio erogandam curaverat, Imp. Cæſ. Octaviano II. L. Volcatio Tullo Cos. anno Urbis* DCCXX. *quo earum ductus* pene dilapſos reſtituit, & ſingulari cura compluribus ſalientibus aquis inſtruxit Urbem [d] . *Ut autem tantam aquarum vim, non ductarum modo, ſed & pluviarum, Campus eveheret, penſilis, ut ait Plinius* [11] , *ſubterque navigatus ab Agrippa factus eſt, cloacis, exemplo Tarquiniorum, in Tiberim ductis.*

XI. *Anno Urbis* DCCXXX. *Imp. Cæſ. Auguſtus, ipſo* XI. *& A. Terentio Varrone Cos. theatrum in eodem Campo* [12] *lapideum Capitolino monti accubans, quo loco, ut ait Suetonius, Julius Cæſar id exſtruere deſtinaverat, Pompejani inſtar, molitus eſt* (Tab. IIII. fig. III. num. 64.) ; *quod poſtea in honorem Marcelli, Octaviæ ſororis filii,*

(1) *Dio lib.* 53. (2) *Martial. lib.* 3. *epigr.* 20. (3) *Idem lib.* 1. *epigr.* 14. *lib.* 10. *epigr.* 1. *Tacit. hiſtor. lib.* 1. (4) *Dio lib.* 53. (5) *Idem ibid.* (6) *Tacit. annal. lib.* 15. *Strabo geograph. lib.* 13. *Sueton. in Nerone.* (7) *De aqueduct. art.* 10. (8) *Idem art.* 22. (9) *Faſt. lib.* 4. (10) *Reg. IX: Urb.* (11) *Lib.* 36. *cap.* 15. (12) *Dio lib.* 54. *Sueton. in Auguſto, P. Victor Reg. Urb. IX.*

(*) Ἀγρίππας ..... τοῦτο μὲν γὰρ τὴν τοῦ Ποσειδῶνος ὠνομασμένην, καὶ ἐξῳκοδόμησεν ἐπὶ ταῖς ναυκρατίαις, καὶ τῇ τῶν Ἀργοναυτῶν γραφῇ ἐπελάμπρυνε.

(a) *Hujus porticus ſedes conjicitur ex epigrammate* 14. *lib.* 2. *Martial. ubi hæc de Selio habet:*

Si nihil Europæ fecit, tum Septa petuntur,
Si quid Phillyrides præſtet, & Æſonides.

Ideſt Chiron & Jaſon, ille filius Phillyræ, hic Æſonis, Argonautæ picti in Neptuni portica. Selius autem e Septis in hanc porticum, quod propinqua eſſet, immigrare ſolebat. Jam vero, animadverſis operibus circum Septa Auguſti ævo, & poſtea factis (Tab. VII. part. 3. magn. Ichnograph. Campi Martii), *quorum poſitus partim probavimus, partim demonſtrabimus, non aberrabit Neptuni porticus ab eo loco, quo a nobis deſcripta eſt.*

(b) *Harum thermarum rudera adhuc exſtant; notantur* Tab. II. num. 21. III. num. 50. *oſtenduntur autem ſcenographice* Tab. XXIV. *Ruinæ thermarum tot in Urbe ſunt, ut multa, quæ ad earum uſus pertinebant, dignoſci facile poſſint. Cum autem intra aditum hypogeorum Capitolii, ubi Faviſſæ olim fuerant (Varron. epiſt. ad Ser. Sulpic. & Feſto let. F. hujus nominis teſtibus), ab Tarquiniis immanibus quadratis lapidibus conſtructorum, vaporarium adhuc exſtet, vel hypocauſtum, quod ad aliquod ædificium aditui ipſi contiguum pertinuiſſe ſatis arguunt aliqua veteris operis veſtigia, deſcribendum id duximus in* Tab. XXVI. *ne reliquis antiquæ Urbis quotidie vel in deterius abeuntibus, vel pereuntibus, ipſius etiam hypocauſti forma deperiret. Eamdem eam eſſe, quæ in ceteris ſervata thermis fuit, monemur a Flaminio Vacca, qui in Commentar. antiquit. Urb. ſuo ævo detect. ſic habet:* Ædes, quas poſſideo, inhabitoque, ſupra thermarum Agrippianarum ruinas excitatæ ſunt ...... Dum autem cella vinaria exſtrueretur, magna apſis reperta eſt tubis coctilibus conveſtita, e quibus calor in ſuperius ſudatorium adſcendebat: infra apſidem marmoreum pavimentum; ſubtus marmora ſigninum; ſubtus ſigninum parvarum pilarum ordines, pavimentum fulcientes, quos inter ſuccendi ignem conſueviſſe reperti carbones ac cineres, ipſique tubi camino huic applicati ſuadebant.

(c) *Diſturbatis jampridem omnibus veterum aquarum ductibus, cum ipſa etiam Virgo in uſu eſſe deſiiſſet, Nicolaus V. Sixtus IV. & Pius IV. Pontifices Maximi in Urbem, pluribus aliis venarum adquiſitionibus auctam, denuo perducendam curaverunt. Arcus hujus aquæ ductus, quos* Tab. III. *notavimus* num. 31. 32. 33. *antiquitus uſque ad* aſteriſcum *protendebantur, ſive* num. 47. *Quia vero a* num. 33. *uſque ad* aſteriſcum *diruti jam fuerant, cum aqua denuo perducta eſt, novaque Urbis ædificia eorum locum occupaverant, novum ob id Caſtellum aquæ prope* num. 33. *a Pio IV. exſtructum fuit, quod Clemente XII. & Benedicto XIV. Pontificibus Maximis, magnificentius excitatum, CLEMENS XIII. Summo nunc Chriſtianæ Romanæque reipublicæ bono rerum potitus, nobilibus e Lunenſi marmore ſignis, & anaglyphis exornat, ac perficit. Diſturbaverat eoſdem arcus C. Cæſar prope num. 32. ut amphitheatro, cujus ſupra art. III. meminimus, exſtruendo locum quæreret, eoſque Claudius ſucceſſor reſtituit, ut habet inſcriptio eodem artic. relata. Nunc vero humi depreſſi, tellure Urbis aucta, ad libellam ſpecus exſurgunt, ut oſtendimus* Tab. XX.

(d) *Salientes, & lacus, quibus Campum Martium Agrippa inſtruxit, ſuis in* Ichnographia magna *diſtincti nominibus inveniuntur. Eos præſenti* fig. III. Tabula IIII. *notare numeris abſtinuimus, ne ea pycnoſtictos, pluſquam par eſt, reddita, fieret obſcurior.*

VIII. Lo ſteſſo Agrippa ſotto il Conſolato di Ceſ. Auguſto per la nona volta, e di M. Giunio Silano, l'anno di Roma DCCXXVIII. *fabbricò* nel Campo Marzio *il portico di Nettuno*[1] *in memoria delle vittorie navali* (Tav.IV. fig.III. num.53.), *e l'adornò colla pittura degli Argonauti*; il qual portico fu perciò detto or degli Argonauti[2], or Viſpanio[3], dal di lui nome[a]. Uniti al portico fece il tempio, e la Baſilica del medeſimo Nume (*detta Tav. fig III. num.*54. *e* 55.); aggiunſe al Panteo il magnificentiſſimo pronao, che per anche è in eſſere[4], e le terme dietro al Panteo[b] per l'eſercizio[5] de' corpi, ſecondo l'uſanza de' Lacedemoni, (*detta Tav. fig. III. num.*56.), e in eſſe fece lo ſtagno (*num.*57.), divenuto poſcia celebre per le navi, e per gli allettamenti di Nerone[6], e vi poſe gli orti dintorno (*num.*58.).

IX. *Eſſendo poi ſtato*, come dice Frontino[7] *già per la terza volta Conſolo*, e correndo l'anno DCCXXXIV. di Roma, in cui eran *Conſoli C. Senzio, e Q. Lucrezio, raccolſe nel Campo Lucullano, e conduſſe in Roma* l'acqua *Vergine*. *Naſce eſſa preſſo la via Collazia otto miglia lontano in luoghi paludoſi. Viene ajutata al dintorno con un recinto di coſtruttura ſegnina per tener unite le polle, e con molte altre aggiunte vien anche a' dì noſtri pel tratto di* XIV. *miglia, e* CV. *paſſi. Del qual tratto miglia* XII. *e* DCCCXLV. *paſſi ſono di rio ſotterraneo, e miglio uno e paſſi* CCXL. *ſono d'opera ſopra terra, che conſiſte in* DXL. *paſſi di ſuſtruzione de' rivi in più luoghi; e in* DCC. *paſſi di opera arcuata. I condotti poi delle aggiunte fanno un miglio, e* CDV. *paſſi di rio ſotterraneo*[8]. *Gli archi* poi incominciavano *ſotto gli orti Luciliani* (Tav.IV. fig.III. num.59. e 60.); e terminavano *nel Campo Marzio*[c], *lungo la facciata de' Septi*; nel qual luogo Agrippa fece a queſt'acqua l'emiſſario (*detta Tav.IV. fig.III. num.*61.) oltre l'altro preſſo il tempio di Giuturna (*num.*62.), di cui Ovvidio dice[9]: *Anche a te, ſorella di Turno, è ſtato conſagrato nel medeſimo dì il tempio quì dove l'acqua Vergine ſi diffonde nel Campo Marzio*: come anche Seſto Rufo, e P. Vittore[10]: *Il tempio di Giuturna preſſo l'acqua Vergine*.

X. Oltre l'acqua Vergine, avea diſtribuito nel Campo Marzio una gran parte dell'Aniene vecchia, e della Marcia, eſſendo Conſoli l' Imp. Ceſ. Ottaviano per la ſeconda volta, e L. Volcazio Tullo, l'anno di Roma DCCXX. in cui *riſarcì i condotti di eſſi, che minacciavan rovina, e ſi diede particolar penſiero di provveder Roma di molte fontane*[d]. Affinchè poi il Campo poteſſe dar lo ſcolo ad una quantità così grande di acque non ſolamente condottate, ma anche piovane, Agrippa lo riduſſe, per ſervirmi delle parole di Plinio[11], penſile e navigato ſotterra, per via di cloache condotte ſino al Tevere, a ſimilitudine di quelle de' Tarquinj.

XI. L'anno DCCXXX. di Roma l' Imp. Ceſare Auguſto eſſendo Conſolo per l'undecima volta con Aulo Terenzio Varrone, innalzò nel Campo medeſimo[12] un teatro di pietra, a foggia di quel di Pompeo, alle radici del Campidoglio, nel luogo ſteſſo ove, al dire di Svetonio, Giulio Ceſare aveva determinato di fabbricarlo (*Tav.IV. fig.III. num.*64.); che poſcia fu da lui dedicato

K 2 in onor

(1) Dione nel lib.53. (2) Marzial. nel lib.3. epigr.20. (3) Il medeſimo nel lib.1. epigr.14. nel lib.10. epigr.1. Tacito nel lib.1. delle ſtor. (4) Dione nel lib.53. (5) Lo ſteſſo nel medeſimo luogo. (6) Tacit. nel lib.15. degli annal. Strabone nel 2 geograf. lib.13. Sveton. in Nerone. (7) Degli acquid. all'art.10. (8) All' art.22. (9) Nel lib.4. de' Faſti. (10) Nella Reg.IX. di Roma. (11) Nel lib.36. al cap.15. (12) Dione nel lib.54. Svet. in Auguſto, e P. Vitt. nella Reg.IX. di Roma.

(a) Il ſito di queſto portico ſi ricava dall' epigr. 14. del lib.2. di Marziale, ove così parla di Selio: *Se niente gli rieſce di fare nel portico d' Europa, allora ſe ne va ne' Septi, per vedere ſe vi ſia da ricavar qualche coſa da Fillirìde, ed Eſonide*; quali erano Chirone, e Giaſone, quegli figliuolo di Fillira, e queſti d'Eſone, Argonauti dipinti nel portico di Nettuno....... Selio poi era ſolito paſſar da' Septi a queſto portico, perchè era vicino. Or ſe avremo riguardo alle opere fatte intorno a' Septi ſotto Auguſto, e ne' tempi dopo (*Tav. VII. part. III. della grande Icnografia del Campo Marzio*), la cui poſitura parte abbiam provata, e parte faremo per dimoſtrare, il portico di Nettuno non rimarrà molto lungi dal ſito ove l' abbiam deſcritto.

(b) Vi rimangono tuttavia gli avanzi di queſte terme. Si dinotano nella *Tavola II. col num.*21. nella *III. col num.*50. e ſi dimoſtrano in proſpettiva nella *Tavola XXIV.* Le rovine delle terme ſono in Roma in sì gran numero, che facilmente ſi viene in cognizione di molte coſe appartenenti a' lor uſi. Or ſiccome dentro l'androne de' ſotterranei del Campidoglio, dove un tempo erano le Faviſſe (così dette da Varrone nella piſt. a Ser. Sulpicio, e da Feſto alla lett. F) fabbricati da' Tarquinj con grandiſſime pietre quadrate, rimane per anche in eſſere un vaporario, o ipocauſto, che da alcune veſtigie d'antica fabbrica ivi aderente ben ſi vede eſſer appartenuto ad un qualche edifizio contiguo al medeſimo androne; così abbiamo ſtimato bene di ritrattarlo nella *Tav.XVI.* acciocchè, andando ogni dì parte di male in peggio, e parte affatto in rovina gli avanzi di Roma antica, non aveſſe altresì a mancarci la forma di queſto ipocauſto. Flaminio Vacca nel Comentario delle antichità di Roma ſcoperte a' ſuoi tempi ci fa vedere, ch'ella è la medeſima delle altre terme: *Le caſe*, dic'egli, *che preſentemente poſſeggo ed abito, ſono ſtate fabbricate ſu le rovine delle terme d' Agrippa .... Allor che poi ſi fabbricava la cantina, fu rinvenuta una grande tribuna riveſtita di docce di terra cotta, per le quali il caldo ſaliva nella ſtufa di ſopra; ſotto la tribuna un pavimento di marmo; ſotto i marmi il calciſtruzzo; ſotto il calciſtruzzo alcuni ordini di pilaſtrelli, che ſoſtenevano il pavimento, fra' quali moſtravano eſſere ſtato ſolito d'accenderſi il fuoco, i carboni, e la cenere, che vi furon trovati, com'anche i tubi, che comunicavano con queſta fornace.*

(c) Eſſendo già guaſti tutt' i condotti delle acque antiche, e però andata in diſuſo anche la Vergine, Niccolò V. Siſto IV. e Pio IV. Sommi Pontefici, avendovi aggiunte molte altre vene, proccurarono di ricondurla in Roma. Gli archi del condotto di queſt'acqua, che da noi ſono ſtati dinotati nella *Tav. III. co' num.*31. 32. *e* 33. anticamente giungevano ſino all' *aſteriſco*, o ſia al *num.* 47. Ma eſſendo dal *num.*33. ſino all' *aſteriſco* già ſtati diſfatti, allor che l' acqua fu nuovamente condotta, ed in loro vece eſſendovi ſtate innalzate le fabbriche della nuova Roma, fu perciò da Pio IV. fatto il nuovo Emiſſario di queſt'acqua preſſo il *num.*33. ch'eſſendo poi ſtato più magnificamente riedificato da' Sommi Pontefici Clemente XII. e Benedetto XIV. ſi ſta attualmente perfezionando e adornando con nobili ſtatue, e baſſirilievi di marmo Lunenſe d'ordine della Santità di Noſtro Signore PAPA CLEMENTE XIII. felicemente regnante. Erano ſtati gli ſteſſi archi interrotti da C. Ceſare preſſo il *num.*32. per dar luogo alla fabbrica dell' anfiteatro, di cui abbiam fatto menzione di ſopra all' art.III. e furon poſcia reſtaurati da Claudio ſuo ſucceſſore, come ſi legge nella iſcrizione riferita ſotto lo ſteſſo articolo. In oggi poi rimangono ſotterra ſopraffatti dal creſcimento del ſuolo di Roma, che corriſponde all'altezza del canale, come ſi dimoſtra nella *Tav.XX.*

(d) Le fontane e le pile di cui Agrippa arricchì il Campo Marzio, ſi veggono diſtinte co' loro nomi nella grande Icnografia. Ci ſiamo aſtenuti dal dinotarle co' numeri nella preſente *fig.III.* della *Tav.IV.* acciocchè, riempiendola di note più del biſogno, non aveſſe a renderſi più confuſa.

filii, *dedicavit* [a]. *Tertium præterea*, *Balbi nuncupatum*, *per eadem tempora exſtruxit in Campo Martio* [1] *Cornelius Balbus*, *Balbi Gaditani nepos* (Tab. IIII. fig. III. num. 63.), *iiſdemque Conſulibus*, *dedicavit* [b].

XII. *Anno Urbis* DCCXLIII. *Nerone Claudio Druſo*, *T. Quinctio Sulpiciano Cos.* Auguſtus Trib. Pot. XIV. *Obeliſcum Seſoſtridis* [2], *quem*, Ægypto in poteſtatem populi Romani redacta, *Romam advexerat*, Soli donum *in Campo Martio* dedit [c], eique, *ut ait Plinius* [3], addidit mirabilem uſum ad deprehendendas Solis umbra [d] dierum, ac noctium magnitudines, ſtrato lapide ad magnitudinem obeliſci, cui par fieret umbra, brumæ confectæ die, ſexta hora, paullatimque per regulas, quæ ſunt ex ære incluſæ, ſingulis diebus decreſceret, ac rurſus augeſceret: digna cognitu res, & ingenio fœcundo mathematici (*Tab. IIII. fig. III. num. 65.*). Apici auratam pilam addidit, cujus umbra vertice colligeretur in ſe ipſa, alias enormiter jaculante apice, ratione, ut ferunt, a capite hominis intellecta. *Hæc verba ita interpretati ſunt plerique ex recentioribus*, *ut de horologio Plinium loqui cenſuerint*. *Verum præter quam quod* in horologium, *ut notant Marinonius*, *& Gerardus de Boſe*, diu ante Auguſti ævum Romæ notum, voces illæ, *mirabilem uſum*, vix quadrant, *multoque minus*, *ut reor*, *quæ paullo poſt ſubjiciuntur*, digna cognitu res, & ingenio fœcundo mathematici, *non facile intelligi poteſt*, *quonam modo deprehendi ex eo poſſent*, *quod tamen vult Plinius*, *dierum ac noctium magnitudines*, *præſertim apud Romanos*, *qui dies noctesque duodecim horis quovis anni tempore definierant*. *Quamquam ea ſtructuræ ratio eſt*, *quæ deſcribitur a Plinio*, *ut ab horologio multum abhorreat*; *ait enim hic auctor*, *ad obeliſci magnitudinem lapidem ſtratum fuiſſe*, cui par fieret umbra brumæ confectæ die, ſexta hora. *Innuitur hoc loco ſolſtitium hybernum*, *ſeu brumæ dies omnium breviſſimus*, *cujus ſexta hora*, *ſive meridie*, *umbra ex obeliſci pila*, *tanquam ex gnomonis apice*, *quam longiſſime projecta*, *ſtrati lapidis longitudinem non excederet*, *paullatimque per regulas æreas*, *quæ lapidi eidem erant incluſæ*, *decreſceret*, *ac rurſus augeſceret*. *Hæc quis eſt*, *qui non videat*, *in horologium non cadere*, *ſed in eam potius lineam*, *quam meridianam vocant*? *Quare qui poſterioribus hiſce temporibus ita ſenſerunt*, *hi nec Plinii verbis vim afferunt*, *& ejus mentem adſequuti probe ſunt*, *ut animadvertit Bandinus* [4]. *Videtur igitur Auguſtus pavimentum ab Auſtro ad Boream ita ſtraviſſe*, *ut illud non ſolum caperet longitudine umbram*, *quæ meridie brumæ projiciebatur ab obeliſco*, *ſed regulam etiam æream in eo ſtrato collocaſſe*, *per quam aſcenderet umbra*, *& rurſus decreſceret ad meridiem reliquorum dierum omnium indicandum*, *interjectis præterea majori illi regulæ tot aliis minoribus*, *quæ eam interſecarent*, *item æreis*, *quot ad deprehendendum dierum totius anni auctum*, *& decrementum ſufficerent*. *Sed hac de re audiamus Cl. P. Boſcovich*: Cenſeo igitur, ſtratum fuiſſe lapidem oblongum quemdam, ductum ad Boream, protenſum latitudine æqualem circiter ipſius obeliſci craſſitudini; longitudine vero obeliſcum ipſum bis continentem, & quintam præterea ejuſdem partem; non ingentem quamdam aream quaquaverſus protenſam. Huic ſtrato in ipſa meridianæ lineæ poſitione regulas ex ære incluſas, quibus ipſa meridiana linea inſculpta eſſet; meridianæ ipſi lineæ perpendiculariter in ipſo ſtrato jacentes pluri-

(1) *Dio loc. cit.* (2) *Plin. lib.36. c.9.* (3) *Lib.36. cap.10.* (4) *Comment. de obeliſ. Cæſ. Aug.*

(a) *Celeberrimæ ſunt hujus theatri ruinæ*, *quæ* Tab.II. *notantur* num. 11. III. num. 62. *& oſtenduntur ſcenographice* Tab.XXVII. *Veſtigium ſcenæ*, *quæ penitus deſtructa eſt*, *habemus inter fragmenta marmorea veter. Ichnographiæ Urbis* Tabula XVI. num. IV. *Si quis ruinas haſce luculentius deſcriptas optaverit*, *inſpiciat Tomum IV. mei operis Antiquit. Roman. a Tab.XXV. uſque ad XXXVII.*

(b) *Exſtant nonnullæ ſubſtructionum hujus theatri reliquiæ*, *quæ* Tab.II. *notantur* num. 14. III. num. 61. *oſtenduntur autem ſcenographice* Tab. XXVIII. *Quod hactenus hæ ab Archæologis animadverſæ non fuerint*, *variæ de ejuſdem theatri loco opiniones prodierunt*, *quamquam non leve hujus argumentum fuit tumulus exſurgens in Regione*, *quam vocant Regulæ*, *Citorio ſimilis*, *Sabelliſque*, *quorum alter amphitheatri Statilii Tauri ruinis crevit*, *ut diximus art.III. alter theatri Marcelli paullo ante relatis*.

(c) *Sic habet inſcriptio baſis obeliſci*, *quæ* Tab. II. *in congerie celebriorum monumentorum Campi Martii notatur* num.9. *inter quæ & obeliſcum* num.8. *delineavimus jacentem*, *fractum*, *incendioque corruptum*, *prout*, *ſedente Benedicto XIV. erutus eſt*, *& alibi repoſitus*, *anno Chr.* MDCCXLVIII. *ut docemus in indice* Tabulæ III. num.30.

(d) *Harduinus corruptam illam ſententiam*, ad deprehendendas Solis umbras, dierum ac noctium magnitudines, *quæ legitur in ſcriptis Plinii libris*, *ſic reſtituendam putavit*: ad deprehendendas Solis umbras, dierum ac noctium ITA magnitudines: *quod mihi non probatur*; *nec enim vox* ita *legitur in antiquis codicibus*. Umbra *igitur fiat ex illo* umbras, *ut commodior abſque ullo novæ vocis additamento ſenſus emergat*.

in onor di Marcello figliuolo d'Ottavia ſua ſorella [a]. Un terzo teatro,detto di Balbo, fu in oltre fabbricato in que' medeſimi tempi nel Campo Marzio [1] da Cornelio Balbo Nipote di Balbo Gaditano (*Tav.IV.fig.III. num.63.*), e da lui dedicato ſotto gli ſteſſi Conſoli [b].

XII. L'anno di Roma DCCXLIII. in cui furon Conſoli Nerone Claudio Druſo, e T. Quinzio Sulpiciano, *Auguſto, trovandoſi per la decima quarta volta nella Poteſtà Tribunizia, offrì in dono al Sole* nel Campo Marzio l'obeliſco di Seſoſtri [c], traſportato da ſe a Roma, *dopo aver ridotto l'Egitto ſotto il dominio del popolo Romano* [2]; *e v'aggiunſe*, come narra Plinio [3], *l'uſo maraviglioſo di conoſcere coll'ombra del Sole* [d] *la lunghezza de' giorni e delle notti, avendo fatto un laſtrico di pietra corriſpondente alla grandezza dell' obeliſco, ove poteſſe capere l'ombra dell' ora ſeſta del dì del colmo della bruma, ed in ciaſcun giorno a poco a poco andaſſe ſcemando, e di nuovo creſcendo pe' regoli di bronzo, che vi ſono incaſtrati: coſa degna da ſaperſi, e che dimoſtra la fecondità dell'ingegno del Matematico* (Tav.IV. fig.III. num.65.). *V' aggiunſe nella ſommità una palla indorata, la cui ombra nella cima veniſſe a raccorſi in ſe ſteſſa; poichè altrimenti la punta l' avrebbe tramandata indefinita, preſone, come narrano, l'eſempio dal capo dell'uomo*. Queſto paſſo è ſtato da molti de' moderni interpretato in guiſa, che han creduto, che Plinio abbia parlato d'un oriuolo. Ma ſenzachè, come notano il Marinoni, e Gerardo de Boſe, difficilmente s'adattano ad un oriuolo,noto in Roma da gran tempo prima dell'età d'Auguſto,quelle parole, *uſo maraviglioſo*, e molto meno a parer mio quelle altre, che poco dopo egli ſoggiugne, cioè, *opera degna da ſaperſi, e che dimoſtra la fecondità dell' ingegno del Matematico*; non è poi sì facile l'intendere, in qual modo da eſſo ſi poteſſero ravviſare, come pretende Plinio, le lunghezze de' giorni, e delle notti, ſpezialmente appo i Romani, che avean diviſo i giorni tutti e le notti dell' anno in dodici ore. Sebbene quella ſpezie di lavoro, tal quale ci ſi deſcrive da Plinio, è molto differente da un oriuolo; dicendo queſto autore, che fu fatto un laſtrico di pietra *corriſpondente alla grandezza dell'obeliſco, ove poteſſe capere l'ombra dell' ora ſeſta del dì del colmo della bruma*. Qui ci vien ſignificato il Solſtizio d'inverno, o ſia il giorno della bruma, ch'è il più breve di tutti gli altri, nell'ora ſeſta del quale, o ſia meriggio, l' ombra della palla dell'obeliſco, come dalla punta d' uno gnomone, battendo più lontano che mai, non eccedeſſe la lunghezza del laſtrico, e a poco a poco, a norma de' regoli di bronzo in eſſo incaſtrati, veniſſe a calare, e di nuovo a creſcere. Or chi è che non veda, non poterſi adattare queſte parole ad un oriuolo, ma piuttoſto a quella linea, che chiamaſi meridiana? Laonde coloro, come oſſerva il Bandini [4], che in queſti ultimi tempi ſono ſtati di queſto parere, in vece di far la menoma violenza alle parole di Plinio, ſi ſon bene appoſti a ciò ch'egli intende di dire. Sembra pertanto che Auguſto laſtricaſſe un pavimento da Auſtro a Borea sì lungo, che non ſolamente uguagliaſſe l'ombra dell'obeliſco, che vi ſarebbe battuta nel mezzodì della bruma; ma che collocò altresì in quel laſtrico un regolo di bronzo, per cui l'ombra ſaliſſe, ed indi calaſſe, per dinotare il mezzodì di tutti gli altri giorni, con aver di più interſecato quel regolo maggiore con tanti altri regoli minori parimente di bronzo,quanti foſſero ſufficienti a dinotare il creſcimento e la diminuzione de'giorni. Ma ſentiamo ſu queſto propoſito il Chiariſs.P.Boſcovich. *Penſo per tanto*, dic'egli, *che foſse ſtato fatto un laſtrico di pietra bislungo, rivolto verſo Borea, largo a proporzione in circa della groſſezza dell'obeliſco, e lungo il doppio, e un quinto più dell obeliſco medeſimo, non già una grand' aja diſteſa da tutte le parti. Che in queſto laſtrico, dove imbattevaſi la linea meridiana, foſſero incaſtrati de' regoli di bronzo, ne' quali foſſe inciſa la ſteſſa linea meridiana. Che dall' uno e l'altro lato di queſta linea meridiana vi foſſero ſtate più e più lamine di bronzo diſteſe nel laſtrico,*

L

(1) Dione nel luogo cit. (2) Plin. nel lib.36. al cap.9. (3) Nel lib.36. al cap.10. (4) Nel Comentar. ſu lo ſteſſo obeliſc.

(a) Son molto celebri le rovine di queſto teatro, che ſi dinotano nella *Tav.II. col num.*11. nella *III. col num.*62. e ſi dimoſtrano in proſpettiva nella *Tav.XXVII.* La pianta della ſcena in oggi affatto diſtrutta, ſi ravviſa tra' frammenti di marmo dell'antica pianta di Roma nella *Tav.XVI. al num. IV.* Chi deſidera di veder queſte rovine più amplamente, e diſtintamente effigiate, potrà oſſervare il Tomo IV. della mia opera dell'Antichità Romane dalla Tav.XXV. alla Tav.XXXVII.

(b) Vi reſtano alcuni avanzi delle ſuſtruzioni di queſto teatro, che ſi accennano nella *Tav. II. col num.*14 nella *III. col num.*61. e ſi dimoſtrano in proſpettiva nella *Tav.XXVIII.* Siccome queſte non ſono ſtate finora oſſervate dagli Antiquarj, ſon perciò ſtate varie le loro opinioni circa il ſito del teatro medeſimo, ſebbene non ne abbia dato un piccolo indizio il tumulo, che s'innalza nel Rione detto della Regola, ſimile al Citorio, ed al Savelli, il primo de' quali ſi è formato colle rovine dell'anfiteatro di Statilio Tauro, come abbiam detto al Cap.III. e l'altro con quelle del teatro di Marcello poc'anzi riferite.

(c) Così ſi legge nella iſcrizione della baſe dell'obeliſco accennata nella *Tavola* II. *col num.*9. nel cumulo de' monumenti i più inſigni del Campo Marzio, tra' quali al *num.*8. abbiamo altresì delineato l' obeliſco atterrato, franto, e guaſto dall'incendio, tal qual è ſtato ſcavato, e ripoſto altrove ſotto il Pontificato di Benedetto XIV. l'anno di Criſto MDCCXLVIII. come dinotiamo nell' Indice della *Tavola III. al num.*30.

(d) Ha penſato l'Harduino, che quel ſenſo corrotto negli eſemplari di Plinio, *ad deprehendendas Solis umbras, dierum ac noctium magnitudines*, debba leggerſi così: *ad deprehendendas Solis umbras, dierum ac noctium ITA magnitudines*: il che non approvo; imperocchè il vocabolo *ita* non ſi trova ne'codici antichi. Facciaſi per tanto *umbra* di *umbras*, che così ſenz'alcuna aggiunta d' altro vocabolo ne riſulterà il ſenſo più chiaro.

plurimas æreas laminas utroque e latere exſtitiſſe, qua dierum longitudini ex altera parte, ex altera vero longitudini noctium ipſa ſua longitudine reſponderent; nimirum in loco remotiſſimo ab obeliſco e binis regulis ad oppoſitas partes directis alteram altera ita longitudine majorem exſtitiſſe, ut ex quinque æqualibus illius partibus hæc ternas tantummodo contineret; reliquas, quo magis ad obeliſcum accederent, eo minus inæquales fuiſſe, imminutis ex altera parte ipſis laminis, ex altera auctis in eadem illa ratione, in qua noctes ipſarum locis reſpondentes imminuerentur, dieſque creſcerent ita, ut in puncto, quod æquinoctiis reſponderet, binæ illæ laminæ jam inter ſe æquales eſſent; tum ex eo latere, quo majores fuerant, jam eodem ordine minores evaderent, ex oppoſito vero majores; donec in puncto æſtivi ſolſtitii diurna lamina æquaret nocturnam hyemalis, & diurnam vice verſa nocturna. Inſtrumento in hanc formam conſtituto, ſatis univerſus Plinii locus evidentiſſime patet, nulla ejus verbis illata vi. *Egregie id quidem, præſertim quod ad meridianam attinet, & ad Plinii verba. Sed quoniam Plinius hac de re agens, aliqua reticuit, de aliquibus minus dilucide loquutus eſt; multa autem ſunt, quæ licet cogitata præclare ſint, fieri tamen aliter potuerunt: vereor, ne quid ſit ex ipſis petitum antiquitatis ruderibus, quod in quibuſdam huic ſententiæ adverſari videatur. Oblongum lapidem ſtratum, ait P. Boſcovich, latitudine æqualem fuiſſe obeliſci craſſitudini. Si pro hoc lapide ea lithoſtroti pars accipitur, peculiari fortaſſe diſtincta marmore, quæ meridianam continebat, nihil eſt, quod dici contra poſſit; quamquam, par ne marmor illud eſſet obeliſci craſſitudini, an ſecus, nihil videtur referre. Sin pro toto lithoſtroto, quod adjacebat obeliſco; id vero eſt, quod controverti non immerito poteſt, ſi Fulvium audiamus: hæc enim is habet:* In parte Martii Campi, ubi nunc eſt templum S. Laurentii in Lucina in cappella nova Cappellanorum (in eo *nimirum* ſacello, *ut addit Nardinus* [1], quod reliquis majus proſtat extra ſiniſtram ædis navem) fuit olim baſis illa nominatiſſima, & horologium ſuperioribus annis effoſſum, quod habebat ſeptem gradus circum, & lineas diſtinctas metallo inaurato; & ſolum Campi erat ex lapide amplo quadrato, & habebat lineas eaſdem, & in angulo quatuor venti erant ex opere muſivo, cum inſcriptione: BOREAS. SPIRAT: *vel, ut, teſte Nardino, vult Marlianus*: VT. BOREAS. SPIRAT: quæ verba indicio eſſe poſſunt ad quatuor lithoſtroti partes aliquam fuiſſe epigraphem additam. *Has antiqui operis reliquias ad obeliſcum, qui non ita procul inde aberat, pertinuiſse, & ad Auguſti meridianam, qui negct, video eſse neminem. Jam vero ſi a loco, ubi duodecim abhinc annis refoſſus obeliſcus fuit, ſive ab ejus baſi, quæ ibidem reperta eſt, ut poſita antiquitus fuerat, meridiana ducatur; ab hac lithoſtrotum, de quo ſcribit Fulvius, aberrare Orientem verſus intelligemus palmis circiter trecentis: ex quo evincitur, nec lithoſtrotum latitudine æquale fuiſse obeliſci craſſitudini, ſed multo amplius, nec in eas oblongi lapidis anguſtias, ut vult P. Boſcovich, concluſas regulas fuiſse, quæ dierum ac noctium magnitudines proderent; cum earum partem tam longe ab obeliſco repertam, Orientem verſus, memoret Fulvius. At lapſus hic eſt, cum ſcripſit, in memorato S. Laurentii ſacello baſim obeliſci olim fuiſse, quæ ibi certe non fuit. Fateor; audierat enim id dici: ipſe tamen non viderat. Sed quod erravit hac in re, num idcirco falſus habebitur etiam in reliquis? Ego vero ejus auctoritatem ab aliis non infimæ notæ ſcriptoribus repudiatam non video: honeſtius autem arbitror, in hujuſmodi facti quæſtionibus, ſi quid inciderit, quod dubium, nec tamen abſonum videatur, quærere potius, quem ad modum ſe res habere potuerit, quam aliorum teſtimonia, quod propriæ opinioni adverſentur, tanquam falſa rejicere. Quem igitur regularum uſum, de quibus meminit Fulvius, dicemus fuiſse? Eum profecto, quem illis, præter Kirkerium, & Maſium, Harduinus tribuit.* Fuit hæc, *inquit agens de obeliſco*, igitur forma horologii in prægrandi lapide plano, qui in mille amplius palmorum ſpatium extendebatur. Deſcripti arcus curvi ab ortu Solis ad occaſum exhibebant magnitudines dierum ac noctium. *Ex hujus itaque auctoris ſententia, præter regulas horarum indices, aliæ fuerunt in lithoſtroto ab ortu Solis ad occaſum productæ, quæ meridianam interſecarent, & ſemicircularium inſtar a linea æquinoctiali, quæ recta erat, paullatim magis curveſcentium, ad Boream converſæ;* *aliæ*

(1) *Lib. 6. cap. 6.*

strico; chè da una parte corrispondessero colla loro lunghezza alla lunghezza de' giorni, e dall' altra alla lunghezza delle notti; cioè, che nel sito il più rimoto dall'obelisco l'uno de' due regoli diretti alle parti opposte, fosse tanto più lungo dell' altro, che di cinque parti uguali di esso, questo ne avesse solamente tre; che gli altri poi, quanto più si avvicinavano all'obelisco, tanto meno fossero disuguali, diminuendosi le stesse lamine da una parte, e dall'altra crescendo a proporzione, che le notti corrispondenti a que' tali siti si raccorciavano, e i giorni crescevano in guisa, che nel punto corrispondente agli equinozj venissero quelle due lamine ad esser fra loro uguali; e quindi da quella parte ov'erano state più lunghe, incominciassero collo stess' ordine a farsi più corte, e dalla parte opposta piu lunghe; fintanto che sul punto del solstizio estivo la lamina diurna agguagliasse la notturna del solstizio vernale, e la notturna altresì la diurna. Disposto così l'istrumento, si pone bastantemente in chiaro tutto il passo di Plinio, senza punto alterare il significato di sue parole. Egregiamente egli dice, massime in ciò che riguarda la meridiana, e le parole di Plinio. Ma siccome Plinio in questo caso ha tralasciato alcune particolarità, e d'alcune ha parlato un poco oscuro, e molte altresì son le cose, che quantunque divisate con tutta l'acutezza, nonpertanto posson esser accadute altrimenti; così io temo, che tra le antiche rovine non siasi rinvenuta qualche cosa, che in qualche parte osti ad un tal sentimento. Dice il P. Boscovich, che il lastrico bislungo era tanto largo, quant'era grosso l'obelisco. Se per questo lastrico si prende quella parte di lastricato distinta per avventura con qualche altra spezie di marmo, che conteneva la meridiana, non v'è che opporre; benchè, se un tal marmo fosse uguale, o no, alla grossezza dell'obelisco, sembra che niente importi. Se poi s'intende per tutto il lastrico adjacente all'obelisco, questo sì, che si può non senza ragione mettere in dubbio, se ponghiam mente alla relazione del Fulvio. *In quella parte del Campo Marzio*, dic'egli, *ove presentemente è la Chiesa di S. Lorenzo in Lucina, nella nuova cappella de' Cappellani,* (cioè *in quella*, aggiugne il Nardini[1], *che maggior dell'altre sta fuori della nave sinistra*) *fu un tempo quella base nominatissima coll' oriuolo scavato negli anni scorsi, che aveva sette gradi dintorno con de' regoli distinti di metallo indorato; e 'l suolo del Campo era composto di grandi pietre quadrate, e v'erano gli stessi regoli; e nell'angolo v'erano quattro venti di musaico coll'iscrizione*: BOREAS. SPIRAT: o, come, al dir del Nardini, vuole il Marliani: VT. BOREAS. SPIRAT: *quali parole possono dare indizio, che ad ognuno de' quattro lati del lastrico fosse un motto particolare.* Questi avanzi di opera antica, non veggo chi voglia negare, che siano appartenuti all' obelisco quindi non tanto lontano, ed alla meridiana d' Augusto. Or se dal sito donde dodici anni sono fu scavato l'obelisco, ovvero dalla base di esso ivi ritrovata come anticamente eravi stata posta, si tirerà una linea meridiana, troveremo, che il lastrico riferito dal Fulvio, sarà da esso discosto verso l'Oriente pel tratto di circa ccc. palmi: dal che si ricava, che nè il lastrico era tanto largo, quanto era grosso l'obelisco, ma molto più amplo, nè in quella strettezza di lastrico bislungo eran racchiusi, come vuole il P. Boscovich, i regoli, che dinotavano la lunghezza de' giorni e delle notti; facendo menzione il Fulvio d' una parte di essi ritrovata tanto lontano dall' obelisco verso l' Oriente. Ma questi ha errato nello scrivere, che nella riferita cappella di S. Lorenzo fosse una volta la base dell' obelisco, la quale del certo non vi fu. Nol nego; avendolo egli udito dire, ma non però avendolo veduto. Ma per aver in cio egli errato, dovrà forse per questo riputarsi ingannato anche in tutto il resto? Quanto a me io non veggo, ch' egli non sia in credito d' altri scrittori di grido; e poi credo, che in tali quistioni di fatto, qualora accada qualche cosa che sembri dubbia, ma non ripugnante, sia più onorevole il cercare come possa esser andata, che rigettare come false le altrui testimonianze, perchè contrarie al proprio parere. A che cosa dunque direm noi aver servito i regoli riferiti dal Fulvio? A non altro certamente, se non se a ciò che, oltre il Kirker, ed il Masi, vuol l'Harduino, che abbian servito. *Fu dunque*, dic' egli, parlando dell' obelisco, *questa forma d' oriuolo in un' amplissima pietra piana, che stendevasi a più di mille palmi di spazio. Gli archi curvi ivi descritti da Levante a Ponente dinotavano le lunghezze de' giorni, e delle notti.* Or secondo quest' autore, oltre i regoli, che mostravan le ore, altri ve n' erano in quel lastricato, che intersecando la meridiana, s' estendevano dal nascere al tramontar del Sole, e che dalla linea equinoziale, la qual'era retta, rivolti a guisa di semicircoli verso Borea, si andavano a poco

 a poco

(1) Nel lib. 6. al cap. 6.

aliæ vero totidem pari omnino procursu infra lineam eamdem, arcu tamen Boreæ obverso, & meridiem respiciente; ut imitatæ diurnum Solis cursum viderentur, umbra obelisci per earum singulas singulis diebus gradiente in eo mille palmorum pavimento: ex quo fieret, ut quanta nox esset, & dies, non ex meridiei umbra tantummodo dignosceretur, sed aliquot etiam horis ante & post ipsum meridiem, quamdiu nimirum eadem a meridiana progrediens in ea regula, quæ diem quæsitum signaret, decurrendo consisteret. Hæc opinio præclare videtur cum Plinii loco, & Fulvii testimonio congruere: id autem unum a P. Boscovich objici eidem video, quod hæc operis ratio esset quiddam horologio ipsi additum, atque ad ejus constitutionem nequaquam pertinens. *Verum si minoribus horologiis, quæ manu circumferuntur, vitio non datur, quod, præter horarum indicium, Lunæ quoque cursum aliquando, aut hebdomadæ diem, vel mensis designent, licet additum quiddam id sit* ad horologii constitutionem nequaquam pertinens; *non satis intelligo, cur reprehendenda Harduini sententia sit, quod ad horologium dignoscendæ dierum, ac noctium magnitudinis rationem paullo explicatiorem, quam altera illa sit, & faciliorem adjiciat. Sed satis de horologio, quod nos etiam rejicimus: reliqua certe ejusmodi sunt, ut & ad usum mirabilem obelisco additum ab Augusto, & ad Plinii sensum explicandum quamaptissima videantur. Si enim afferre suspicionem aliquam potest, tanquam additum ex ingenio, quod de regulis dicitur meridianam intersecantibus, id eruitur ex ipso Plinii loco, qui de strato lapide locutus, regulas memorat eidem inclusas, per quas obelisci umbra decresceret, & iterum augeretur. Una demum meridianæ regula fuit, & ita censeri debuit, etiamsi propter longitudinem ex pluribus simul conjunctis coaluisset. Quid igitur attinuit eam efferre numero multitudinis, si de illa dumtaxat Plinius loqui voluisset, nec potius de reliquis, quæ ad latera in ipsam incurrerent, & per quas etiam umbra graderetur? Id ipsum, ut puto, animadverterit P. Boscovich, cum suas illas meridianæ regulas transversas adjecit, quæ quidem hoc uno differunt ab iis, quas ex Harduino eidem opposuimus, quod hæ productæ magis sunt, sed certa de caussa; magis enim temporis spatium præbebant populo, ut meridianam consuleret, quam ceteroqui si paulo serius, sive post meridiem adiret, operam perdidisset: umbra enim a meridianæ loco digressa; unde intelligeret, quid inter diem, ac noctem discriminis intercederet? Neque vero, cum regulas produximus, id unquam putavimus, toto earum singulas die decurri ab umbra potuisse; nemo enim est, qui nesciat, Sole infra obelisci apicem depresso, ac proinde matutinis vespertinisque temporibus, ita umbram ab eo projici oportuisse, ut & lithostroto excederet, & in infinitam propemodum longitudinem protenderetur. Contra vero, Sole supra obeliscum evecto, contrahi oportuit, & ita lithostroto concludi, ut singulis quibusque diebus non meridianam solum attingeret, sed per curvam regulam, quæ illi diei responderet, aliquo saltem tempore incederet. Hæc Plinium cum Fulvio conciliandi inita a nobis ratio est: neque enim solum, quid ille scribat, sed quid hic etiam inventum referat, animadvertendum existimo, ne res cum verbis pugnare videretur. Optandum quidem esset ex Muratorii apud Bandinum sententia, atque adeo etiam aliorum omnium, ut subtilius de tota re, quam narrat, scripsisset Fulvius. At num enucleata omnia sunt, & aperta, quæ Plinius ipse hac de re scribit? Itaque, quod ait Harduinus:* In prægrandi lapide plano, qui in mille amplius palmorum spatium extendebatur, descripti arcus curvi ab ortu Solis ad occasum exhibebant magnitudines dierum, ac noctium: *rectæ cum rationi, tum conjecturæ videtur congruere: trecentis enim & amplius palmis septem illi gradus, seu regularum fragmenta, de quibus meminit Fulvius, inventa sunt procul a meridiana Orientem versus. Non igitur Augusti opus conclusum lapide est, quod crassitudine obeliscum æquaret, sed longe majori, tanto scilicet, ut in Hippodromi, qui nunc est, spatium excurreret, atque adeo in eum locum, ubi excitatus M. Aurelio arcus deinde fuit* [1]. *Id autem mirandum non est; desierat enim jam antea meridianæ usus, teste Plinio:*

[1] *Vid. Cap. VI. art. XI.*

a poco vie più incurvando; altrettanti poi ve n'erano sotto la stessa linea, che scorrevano in tutto e per tutto come i primi, ma coll'arco rivolto a mezzodì, ed al contrario di quelli, che riguardavano verso Borea; talchè, essendo disposti secondo il corso diurno del Sole, l'ombra dell'obelisco scorreva ogni dì per ognuno di essi in quel lastrico di mille palmi: onde avveniva, che la quantità del dì, e della notte, non si conosceva solamente dall'ombra del mezzodì, ma per alcune ore prima, ed alcune dopo, cioè per tutto quel tempo, che questa, scorrendo di quà e di là dalla meridiana, si tratteneva nel regolo dinotante il giorno, che si cercava. Questa opinione par che si adatti benissimo al passo di Plinio, e alla testimonianza del Fulvio? e non altro io veggo opporsegli dal P. Boscovich, se non che questa sorta di lavoro *sarebbe un non so che aggiunto allo stess'oriuolo, e che nulla ha che fare colla costituzione del medesimo*. Ma se non si attribuisce a vizio, che ne' piccoli oriuoli, che portansi in mano, oltre la mostra dell'ore, si dinotino anche il corso della luna, o 'l giorno della settimana, o del mese, benchè questa sia un'aggiunta, *che nulla ha che fare colla costituzione d'un oriuolo*; non so intendere, come poi abbia a riprendersi l'opinione dell'Harduino, perchè egli aggiugne ad un oriuolo la maniera di conoscere le lunghezze de' giorni, e delle notti un poco più piana, e piu facile dell'altra. Ma basta il fin qui detto intorno ad un oriuolo, che anche da noi si rigetta: le restanti cose per verità son tali, che sembra, non potersene divisare altre più acconce ad ispiegar non meno l'uso maraviglioso aggiunto da Augusto all'obelisco, che il sentimento di Plinio: imperocchè, se recasse qualche sospetto ciò che si dice de' regoli, i quali intersecavano la meridiana, come se fosse un bel trovato, ciò ricavasi dallo stesso passo di Plinio, che dopo aver parlato del lastrico di pietra, passa a far menzione de' regoli incastrativi, pe' quali scorreva l'ombra dell'obelisco nel calare, e nel crescere. Alla fine un solo fu il regolo della meridiana, e per un solo dovette considerarsi; benchè, essendo così lungo, fosse composto di più pezzi congiunti insieme. Or che importava nominarlo pel numero del più, qualora Plinio avesse voluto parlar soltanto di esso, e non piuttosto di quelli, che lateralmente vi s'incontravano, e dinotavano il corso dell'ombra? Questo stesso riflesso, com'io penso, ha avuto il P. Boscovich, allor che ha aggiunto alla meridiana que' suoi regoli trasversali, che intanto differiscono da quelli del P. Harduino or da noi contrapposti gli, in quanto questi sono più estesi, ma non senza una certa ragione, poichè davano al popolo maggiore spazio di tempo per consultar la meridiana; ove in caso diverso, se si fosse trovato un poco più tardi, o dopo il mezzodì, avrebbe fatto il viaggio in darno: imperocchè, avendo l'ombra oltrepassato il punto della meridiana, come avrebbe più potuto conoscere, qual differenza vi fosse fra 'l dì, e la notte? Sebbene, allor che abbiam allungati i regoli, non ci siamo mai figurati, che l'ombra avesse potuto scorrere per ognuno di essi per tutta la giornata, sapendo ben ciascuno, che la mattina, e la sera il Sole, per esser più basso della sommità dell'obelisco, dovette gittare un ombra sì fatta, che non solo usciva fuori del lastrico, ma s'estendeva, per dir così, ad una lunghezza infinita. All'incontro allor quando il Sole era elevato sopra l'obelisco, l'ombra dovette accorciarsi, e restringersi nel lastrico in modo, che in qualsivoglia giorno non solo arrivasse alla meridiana, ma scorresse almeno per qualche tempo pel regolo curvo corrispondente a quel giorno. Questa è la maniera, con cui abbiam cercato di conciliar Plinio col Fulvio; conciossiachè abbiamo stimato, non doversi solamente aver riguardo a ciò che quegli scrive, ma anche a ciò che questi riferisce essere stato trovato; sicchè non appaja veruna ripugnanza tra la sostanza della cosa, e le parole. Sarebbe veramente desiderabile, a parere del Muratori presso il Bandini, ed anche di tutti gli altri, che il Fulvio di tutto ciò che racconta, avesse scritto con maggior distinzione. Ma son forse diciferate, e chiare tutte le cose, che in questo proposito scrive Plinio medesimo? Laonde il detto dell'Harduino, che *gli archi curvi descritti da Levante a Ponente in un'amplissima pietra piana, ch'estendevasi a più di mille palmi di spazio, dinotavano le lunghezze de'giorni, e delle notti*, sembra accordarsi e colla retta ragione, e colla conghiettura; essendo stati ritrovati que' sette gradi, o siano frammenti di regoli, de' quali parla il Fulvio, trecento e più palmi lungi dalla meridiana verso Oriente. Dunque l'opera d'Augusto non era altrimenti racchiusa in un lastrico tanto largo, quanto era grosso l'obelisco, ma di gran lunga più grande, cioè tanto, che si estendeva oltre lo spazio dell'odierno Corso, e così per quel sito, ove poscia fu innalzato l'arco di Marco Aurelio [1]. Ma di questo non dobbiamo maravigliarcene; impe-

M rocchè

(1) Veggasi il Cap.VI. art.XI.

nio [1] : Hæc , *inquit* , obſervatio triginta jam fere annis non congruit , ſive Solis ipſius diſſono curſu , & cæli aliqua ratione mutato ; ſive univerſa tellure aliquid a centro ſuo dimota , ut deprehendi & in aliis locis accipio ; ſive Urbis tremoribus ibi tantum gnomone intorto ; ſive inundationibus Tiberis ſedimento molis facto .

XIII. *Ti . Claudio Nerone II. Cn. Calpurnio Piſone II. Conſulibus , anno Urbis* DCCXLVI. [2] idem Auguſtus Agrippæ Campum [a] , ac Diribitorium publicavit. Diribitorium domus erat omnium earum , quæ unquam uno culmine fuiſſent , maxima (*Tab. IV. fig. III. num. 67.*). Hanc Agrippa imperfectam reliquerat , tunc vero ad finem Auguſtus perduxit * , *ſtipendiis militiæ , & congiariis populo diribendis . Quæ poſtea* , tecto diruto , quia rurſus committi inter ſe non potuit , aperto faſtigio *conſpecta eſt* [b] . *Porticus præterea in eodem Campo a Pola Agrippæ ſorore fuerat incœpta* (eadem Tab. fig. III. num. 66.) [3], *a cujus publicatione, quia nondum fuerat abſoluta , Auguſtus abſtinuit .*

XIV. *Exſtructæ etiam ſunt , Auguſto imperante , in Campo Martio porticus ad Nationes* [4] , *& Europæ* [5] (Tab. IIII. fig. III. num. 68. & 69.) ; *altera ſic dicta , quod , ut ait Servius* [6] , Auguſtus , *qui eam* fecerat , ſimulacra ibi omnium gentium conlocaverat [c] ; *altera amœnitate , ocioſorum conventu , & juvenum curſibus* [7] *celebris* [d] . Ante aditum porticus ad Nationes , *ait Plinius* [8] , Hercules ille , ad quem Pœni omnibus annis humana ſacrificaverunt victima , inhonoratus , & ſine templo humi jacebat (ead. Tab. fig. III. num. 70.). *Aliam porticum in Campo Martio* (ibid. num. 71.) *exſtruxit Philippus Auguſti vitricus , de qua Martialis in Labienum* [9] :

> Vites , cenſeo , porticum Philippi :
> Si te viderit Hercules , periſti .

In hac porticu , inquit Plinius [10] , Liberum patrem , Alexandrum puerum , Hyppolytum tauro emiſſo expaveſcentem , pictos ab Antiphilo *vidit antiquitas : heic* bellum Iliacum pluribus tabulis , *quod* pinxit Theodorus : *heic* Zeuſidis manu Helena [e] .

XV. *Anno , quem ſuperius retulimus* DCCXLVI. *Ti. Claudio Nerone II. Cn. Calpurnio Piſone II. Cos aucta jam Urbe ſplendidiſſimis Campi Martii operibus hactenus commemoratis , aliiſque minus ſpectabilibus , quæ brevitatis gratia omittuntur* [f] , *Auguſtus ſpatium Urbis in Regiones XIV.* [g] *diviſit ; quarum nona , Circus Flaminius dicta eſt , quamquam Campum etiam Martium comprehenderet .*

CA-

(1) *Loc. cit.* (2) *Dio lib.55.* (3) *Idem ibidem ejuſq. Epitom. in Caligula .* (4) *Plin. lib.36. c.5. Sueton. in Nerone .* (5) *Martial. lib.2. epigr. 14. lib.3. epigr.20. lib 7. epigr.31.* (6) *In lib.8. Æneid. verſ.* Aptatque ſuperbis Poſtibus . (7) *Martial. loc. ſup. cit.* (8) *Loc. ſup. cit.* (9) *Lib.5. epigr.50:* (10) *Plin. lib.35. c.9.*

(a) *Quod Auguſtus Agrippæ Campum publicavit , id non ita eſt accipiendum , ac ſi ſolum Campi fuerit publicatum ; inanis enim fuiſſet publicatio ejus , quo quilibet ad eam diem , prout ſua ferret voluntas , uti conſueverat . Publicavit igitur Auguſtus opera ab Agrippa in Campo Martio facta ; Dio autem ideo Campum publicatum fuiſſe dixit , quod ager Agrippæ operibus occupatus , Agrippæ Campus poſtea dictus fuit .*

(*) Τὸ δὲ πεδίον Αγρίππειον , πλὴν τῆς στοᾶς , καὶ γαρ τὸ διριβιτώριον αὐτὸς ὁ Αὔγουστος ἐδημοσίευσε . Τοῦτο μὲν γὰρ (ἦν δὲ οἶκος μέγιστος τῶν πώποτε μίαν ὀροφὴν σχόντων · νῦν γὰρ δὴ πάσης τῆς στέγης αὐτοῦ καθαιρεθείσης οὐκ ἠδυνήθη αὖθις συστῆναι , ἀχανὴς ἐστιν) ὅτε Ἀγρίππας οἰκοδομούμενον κατέλιπε , καὶ τότε συνετελέσθη . Ἡ δὲ ἐν τῷ πεδίῳ στοὰ ἣν ἡ Πῶλλα ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ ἡ καὶ τοὺς δρόμους διακοσμήσασα ἐποίει , οὐδέ πω ἐξείργαστο .

(b) Fuit , *inquit Plinius lib.16. cap.40.* memoria noſtra trabs e larice longa pedes centum viginti . Fuit memoria noſtra & in porticibus Septorum a M.Agrippa relicta æque miraculi cauſſa , quæ diribitorio ſuperfuerat , viginti pedibus brevior , ſeſquipedali craſſitudine . *Sedem autem tum Diribitorii , tum porticus Polæ conjecimus ex adlato Dionis loco ; ita ſtatuimus , ut , cum is opera hæc in Agrippæ Campo fuiſſe , dixerit , eo loco a nobis poni opus fuerit , qui veriſimilior viſus nobis eſt .*

(c) *Habemus ex Plinio lib.36. c.5. & ex Suetonio in Nerone , porticum ad Nationes fuiſſe prope Pompeji opera .* Idem Varro , *inquit Plinius* , & a Coponio XIV. Nationes , quæ ſunt circa Pompeji opera , factas , auctor eſt . *Suetonius vero:* Nero modo a ſimulacris gentium ad Pompeji theatrum dedicatum circuiri , arcerique progreſſu ſibi videbatur . *Quare , ſi ceteris operibus partim relatis , ac partim referendis , quæ circa Pompeji theatrum fuerant exſtructa , certa , vel probabilis ſaltem inventa ſedes eſt , de hujus quoque porticus ſede non ita multum ambigi poterit .*

(d) *Quo Campi Martii loco fuerit Europæ porticus , incertum eſt .*

(e) *Exſtant adhuc rudera porticus Philippi , quæ* Tab. II. *notantur* num. 15. III. num.60. *oſtenduntur autem ſcenographice* Tab. XXIX. *Verumtamen quo pacto rudera hæc porticus Philippi eſſe probabimus ; quandoquidem nullum vel nominis , vel auctoris indicium ſervant? Ita , opinor : Philippi porticus, ex adlato ſuperius Martialis loco , erat prope ædem Herculis Muſarum . Atqui hæc ædes ab Oriente proximam habuit porticum Octaviæ , ut innuimus Cap.III. art.VII. a Septentrione proximum habuit Circum Flaminium ; a meridie porticum Minuciam Frumentariam , ut innuimus Cap.III. art VIII. Ergo , ut porticum Philippi ædes hæc prope haberet , debuit ipſa porticus eſſe a latere occidentali ; quo loco relata ſunt rudera .*

(f) *Opera in deſcriptione omiſſa notantur* Tab.IV. fig.III. poſt num.71. *recenſentur autem in Indice , qui* Tabulam *ipſam ſubſequitur .*

(g) *Regiones in quas Urbs diviſa eſt ab Auguſto , ſic habentur ex catalogis Sex. Rufi , P. Victoris , & utriuſque Imperii notitia : Regio* I. Porta Capena ; *Regio* II. Cælimontium , *ſeu* Cælimontana ; *Regio* III. Iſidis & Monetæ , *ſeu* Iſidis & Serapidis ; *Regio* IV. Via Sacra , *poſtea* Templum Pacis ; *Regio* V. Eſquilina ; *Regio* VI. Alta Semita ; *Regio* VII. Via Lata ; *Regio* VIII. Forum Romanum ; *Regio* IX. Circus Flaminius ; *Regio* X. Palatium ; *Regio* XI. Circus Maximus ; *Regio* XII. Piſcina Publica ; *Regio* XIII. Aventinus ; *Regio* XIV. Tranſtiberina .

rocchè egli era molto da che la meridiana era andata in disuso, come attesta Plinio [1]: *Questa osservazione, dic'egli, son ormai trent'anni, che non corrisponde, o sia perchè il Sole faccia un corso differente, e l' abbia mutato per qualche celeste rivoluzione, o perchè la terra tutta siasi alquanto scossa dal centro, come sento essersi riconosciuto anche in altre parti; o perchè ivi soltanto siasi piegato il gnomone dalle concussioni della Città; o perchè la mole sia calata per le inondazioni del Tevere.*

XIII. L'anno di Roma DCCXLVI. in cui furon Consoli Ti. Claudio Nerone per la seconda volta, e Gneo Calpurnio Pisone parimente per la seconda [2], *il medesimo Augusto donò al popolo il Campo d'Agrippa* [a], *e 'l Diribitorio. Il Diribitorio era una casa la maggiore di quante ve n'erano mai state con un sol tetto* (Tav.IIII. fig.III. num.67.). *Agrippa l' avea lasciata imperfetta, ed allora Augusto la condusse al fine* *, per distribuirvi le paghe a' soldati, e i doni al popolo. La quale poscia, *essendone caduto il tetto, e non essendosi questo potuto rassettare*, rimase scoperta [b]. Era stato di più incominciato nel Campo Marzio un portico da Pola sorella d'Agrippa (*detta Tav. fig. III. num.* 66.) [3], che Augusto s'astenne di donare al popolo, perchè non era stato per anche finito.

XIV. Furon eziandio fabbricati nel Campo Marzio sotto l'imperio d'Augusto i portici alle Nazioni [4], e d'Europa [5] (*Tav.IV. fig. III. num.* 68. *e* 69.); il primo così chiamato, perchè, come dice Servio [6], Augusto che lo aveva fatto, v'aveva poste le immagini di tutte le Nazioni [c]; il secondo nominato per la sua amenità, pel concorso degli oziosi, e per le corse [7] de' giovani [d]. *Innanzi all'andito del portico alle Nazioni*, dice Plinio [8], *giaceva per terra disonorato, e senza tempio quello stesso Ercole, cui i Cartaginesi avevano sagrificato ogni anno vittime umane* (*detta Tavola fig. III. num.* 70.). Un altro portico fu fatto nel Campo Marzio (*ivi al num.* 71.) da Filippo patrigno d'Augusto, di cui parla Marziale contra Labieno [9]: *Ti consiglio di star lontano dal portico di Filippo; imperocchè, se Ercole ti vedesse, saresti morto.* Plinio dice [10], che in questo portico gli antichi han veduto *il padre Libero, ed Alessandro fanciullo, che spaventa Ippolito col dar la caccia al toro, dipinti da Antifilo: qui la guerra Trojana dipinta in più tavole da Teodoro*: e qui altresì *l' Elena di Zeusi* [e].

XV. Nello stesso anno DCCXLVI. di sopra riferito sotto il Consolato di Ti. Claudio Nerone per la seconda volta, e di Gneo Calpurnio pure per la seconda volta, essendo ormai stata aggrandita Roma colle ragguardevolissime fabbriche del Campo Marzio, che finora abbiamo annoverate, e con altre di minor rimarco, che per brevità si tralasciano [f], Augusto divise lo spazio della Città in XIV. Regioni; la nona delle quali fu chiamata il Circo Flaminio, comecchè comprendesse eziandio il Campo Marzio [g].

(1) Nel luogo cit. (2) Dione nel lib.55. (3) Nel luog. cit. e l'Epitom. in Caligola. (4) Plinio nel lib.36. cap.5. Svetonio in Nerone. (5) Marzial. nel lib.2. epigr.14. nel lib.3. epigr.20. nel lib.7. epigr.31. (6) Nel lib.8. dell'Eneid. al vers. *Aptatque superbis Postibus*. (7) Marzial. nel luog. sop. cit. (8) Nel luog. sop. cit. (9) Nel lib.5. epigr.50. (10) Plin. nel lib.35. c.9.

(a) Non per questo, che Augusto donò al popolo il Campo d'Agrippa, dobbiam supporre, che gli fosse donato il suolo del Campo; imperocchè sarebbe stata una vanità quella di donare al popolo una cosa, che ognuno fino a quel giorno era stato solito usare a suo piacere. Donò dunque Augusto al popolo le opere fatte da Agrippa nel Campo Marzio: e Dione intanto dice, che gli fu donato il Campo, perchè quel tratto di paese, che fu ingombrato coll'opere di Agrippa, fu poscia chiamato Campo d' Agrippa.

(b) *Ci ricordiamo*, dice Plinio nel lib.16. al cap.40. *esservi stata una trave di larice, lunga* CXX. *piedi. Ci ricordiamo altresì esserne stata un'altra ne' portici de' Septi più corta* XX. *piedi, e grossa un piede e mezzo, ch'era avanzata al Diribitorio, ivi lasciata da M. Agrippa parimente per maraviglia.* Nell' indagar poi il sito sì del Diribitorio, che del portico di Pola, ci siam serviti del riferito passo di Dione: di maniera che, dicendo egli, che queste opere erano nel Campo d'Agrippa, è stato d'uopo porle nel luogo, che ci è sembrato più verisimile.

(c) Abbiamo da Plinio nel lib. 36. al cap. 5. e da Svetonio in Nerone, che il portico alle Nazioni rimaneva presso le opere di Pompeo. *Lo stesso Varrone*, dice Plinio, *riferisce, che da Coponio furon altresì fatte le* XIV. *Nazioni che restano presso le opere di Pompeo.* Svetonio poi, *Sembrava*, dice, *a Nerone dianzi d'esser circondato ed impedito di camminare da' simulacri delle Nazioni collocati presso il teatro di Pompeo.* Per il chè, s'è stato ritrovato un certo, o almen probabil sito alle altre opere, parte riferite, e parte da riferirsi, ch' erano state fatte intorno al teatro di Pompeo, non potrà molto dubitarsi eziandio del sito di questo portico.

(d) Non si sa in qual luogo del Campo Marzio sia stato il portico d' Europa.

(e) Vi rimangono tuttavia gli avanzi del portico di Filippo dinotati nella *Tav. II. col num.* 15. nella *III. col num.* 60. e dimostrati in prospettiva nella *Tav. XXIX.* Nonpertanto, come proverem noi, che questi siano avanzi del portico di Filippo, non restandovi il menomo indizio nè del nome, nè dell'autore? In questa maniera, cred'io: il portico di Filippo, secondo il di sopra riferito passo di Marziale, rimaneva presso il tempio d' Ercole delle Muse. Ma questo tempio ebbe vicino dalla parte orientale il portico d' Ottavia, come si è accennato nel Cap. III. all' art. VII. da Settentrione ebbe accanto il Circo Flaminio; da mezzodì il portico Minuzio Frumentario, come abbiamo indicato nel Cap. III. all' art VIII. Dunque, acciocchè questo tempio avesse vicino il portico di Filippo, dovette lo stesso portico rimanere dalla parte occidentale, ove sono gli avanzi poc' anzi detti.

(f) Le opere che abbiam lasciato di descrivere, si dinotano nella *Tav. IV. alla fig. III.* dopo il num. 71. e s' annoverano nell' Indice che segue dopo la stessa *Tavola*.

(g) Le Regioni nelle quali Augusto divise la Città, così si ricavano dai cataloghi di Sesto Rufo, P. Vittore, e dalla notizia dell'uno, e l' altro Imperio. Regione I. *Porta Capena*: Regione II. *Celimonzio, o Celimontana*: Regione III. *d'Iside, e Moneta, o d'Iside, e Serapide*: Regione IV. *Via Sacra, poscia Tempio della Pace*: Regione V. *Esquilina*: Regione VI. *Alta Semita*: Regione VII. *Via Lata*: Regione VIII. *Foro Romano*: Regione IX. *Circo Flaminio*. Regione X. *Palazzo*: Regione XI. *Circo Massimo*: Regione XII. *Piscina Pubblica*: Regione XIII. *Aventino*: Regione XIV. *Trasteverina*.

CAPVT SEXTVM.

De operibus in Campo Martio factis post obitum Augusti ad Imperii Romani casum.

I. *Quod Cato prædixerat* (1), *damnum Romam non mediocre facturam, cum lateritia esse desiisset, id brevi accidit: nam, ut ait Herodianus* (2), ex quo Augustus cepit Imperium, Italos a laboribus, & armis ad ocium traduxit; certaque annonæ mercede milites mercenarios constituens ad Urbium custodiam, magnis præterea fluminibus, fossisque, & montium projecturis, desertisque locis, & pene inaccessis Imperium terminans, ita tutatus est *. *Ædificato enim Campo, stupendiisque ab armorum exercitatione ad voluptatem quærendam conversis, sollicita videbatur civitas, ne quid in eo puri pateret soli, quod ad animos relaxandos non faceret; Augusto quidem non invito, qui, timendum sibi a voluptuosis hominibus non esse, probe intelligeret* (a).

II. *Ab ejus autem obitu ad Neronis tempora pauca profecto sunt, nec ita magna, quæ in Campo facta scriptores prodiderunt. Referri inter hæc potest amphitheatrum Caligulæ, quod Claudius successor destruxit, ut arcus ductus aquæ Virginis, hujus operis caussa disturbatos, restitueret* (b). *Arcus item triumphales Tiberii, & Claudii: quorum primum* (3) *juxta Pompeji theatrum, decretum quidem olim ab Senatu, verum omissum, peregit Claudius ob res a Tiberio feliciter gestas præcipue in Illyrico* (4) *in magna rerum omnium difficultate, summaque frugum inopia: alter Claudio ipsi erectus, eodem III. L. Vitellio II. Cos.* (5) *qui* cum decretis sibi ab Senatu ornamentis triumphalibus leviorem majestati principali titulum arbitraretur, velletque justi triumphi decus, unde acquireret, Britanniam potissimum elegit, neque tentatam ulli post Divum Julium, & tunc tumultuantem ob non redditos transfugas..... ac sine ullo prœlio, aut sanguine, intra paucissimos dies parte insulæ in deditionem recepta, sexto quam profectus erat mense Romam rediit, triumphavitque maximo apparatu (c). *Narcissi etiam Claudii liberti balnea* (d). *Quæ omnia adumbrata sunt, & suis distincta nominibus in* Tab.VII. part.3. magnæ Ichnographiæ Campi Martii.

III. *Nero*,

(1) *Liv. lib.34.* (2) *Lib.2. art.38.* (3) *Sueton. in Claudio.* (4) *Idem in Tiberio.* (5) *Idem in Claudio.*

(*) Ἐξ οὗ δὲ εἰς τὸν Σεβαστὸν περιῆλθεν ἡ Μοναρχία, Ἰταλιώτας μὲν πόνων ἀνέπαυσε, καὶ τῶν ὅπλων ἐγύμνωσε. Φρούρια δὲ καὶ στρατόπεδα τῆς ἀρχῆς πρυβάλετο, μισθοφόρους, ἐπὶ ῥητοῖς σιτηρεσίοις στρατιώτας καταστησάμενος ἀντὶ τείχους τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. ποταμῶν τε μεγέθεσι, καὶ τάφρων, ἢ ὄρων προβλήμασιν ἐρήμῳ, τε γῇ καὶ δυσβάτῳ, φράξας τὴν ἀρχὴν ὠχυρώσατο.

(a) *Aliquando etiam sub Cæsaribus exercitus in Campo Martio recensus. Herodian. lib. 6. art. 8* Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἀθροίσας τοὺς ἐν Ῥώμῃ στρατιώτας, συνελθεῖν τε πάντας κελεύσας ἐς τὸ συνήθες πεδίον, ἐπὶ βήματος ἀνελθὼν ἔλεξε τοιάδε. Quam ob rem Alexander milites Romæ congregatos, & in Campum accitos, ita adlocutus est &c. *Romæ vero coegit exercitum, ut expeditius mitteret in Persidem.*

(b) *Caligulam arcus ductus aquæ Virginis disturbasse, ut amphitheatrum extrueret, collegimus ex Suetonio; inquit enim:* Inchoavit Caligula.... amphitheatrum juxta septa, *quæ, Frontino teste, finitima erant ipsis arcubus, ut ostendimus Cap. V. art. IX.*

(c) *Arcus hic ubi fuerit, habemus ex Flaminio Vacca Comment. de Antiquit. Roman.* Area Sciarræ, *ait*, a Domino Sciarra proximarum ædium possessore dicta est. Pio IV. Pont. Max. rudera arcus Claudii in area hac effossa sunt cum pluribus historiarum, & anaglyptorum fragmentis, ejusdemque Cæsaris effigie: quæ coempta fuere partim a Joanne Georgio Cæsarino, & in ejus hortos ad Vincula Divi Petri translata, partim a nobis; quæ CXXXVI. plaustri onera compleverunt. Remanserat exigua ejusdem arcus pars e solo exsurgens, anaglyphis ornata, quæ paucis ab hinc annis a Romanis in Capitolium invecta est. *Inter hæc rudera, quæ remanserant infra* num. 52. *notatum in* topographia Tab. III. *mutila ipsius arcus inscriptio effossa fuit, quam in* Tab. II. *retulimus* num. 3. *inter insigniora Campi Martii monumenta. Nunc apposita muro aggeris ædibus Barberinorum circumdati una cum ejus supplemento sic legitur:*

TI. CLAV*dio. Caes*
AVG*Vsto*
PONTIFI*ci. Max. Tr. P.* IX
COS. V. IM*p.* XVI. *P. P*
SENATUS. PO*pul.* *Q. R. quod* ...
REGES. BRIT*anniæ. absq*
VLLA. IACTVR*a. domuerit*
GENTESQVE. *Barbaras*
PRIMVS. INDIC*io. subegerit*

Aliud ejusdem supplementum excogitavit Gaugesius de Golle, videlicet (*ex Nardin. lib. 6. cap. 9.*)

TI. CLAV*dio. Drusi. F. Caisari*
AVGV*sto. Germanico. Pio*
PONTIFI*ci. Max. Trib. Pot.* IX
COS. V. IM*p.* XVI. *Patri. Patriai*
SENATVS. PO*pulusque. Romanus. quod*
REGES. BRIT*anniai. perduelles. sine*
VLLA. IACTVR*a. celeriter. ceperit*
GENTESQVE. *Extremarum. Orcbadum*
PRIMVS. INDIC*io. facto. Romano. Imperio. adjecerit*

(d) *Liberti hujus meminerunt Plin. lib.33. cap.* 10. Multos, *ait*, postea cognovimus servitute liberatos, opulentiores Crasso; pariterque tres, Claudii principatu, Pallantem, Callistum, & Narcissum. *Juvenalis Satyr. 5.*

.... Nec divitiæ Narcissi,
Indulsit Cæsar cui Claudius omnia, cujus
Paruit imperiis, uxorem occidere jussus.

Suetonius: Querente Claudio de Fisci exiguitate, non absurde est dictum, abundaturum, si a duobus Libertis in consortium reciperetur. *Dio in Claudio:* Narcissus hominum ea tempestate potentissimus, & qui amplius quatuor millies sextertium possederit. *De ejus autem balneis hæc habet Donatus lib.3. cap.* 18. In ejusdem templi fundamentis (*idest S. Ignatii*), quæ secundum latus templi ejusdem ducebantur, non exiguæ balnearum privatarum reliquiæ inventæ sunt. Convexæ ibi fornaculæ, unde per fictiles canaliculos invicem confertos igneus vapor in varia etiam diversæ contignationis hypocausta expirabat.... Fistulæ quoque ibi plumbeæ in coni figuram fusæ; in quarum una fusili item opere legebatur inscriptio: NARCISSI. AVG. LIB. AB. EPISTVL (*Tab.XXX.*) *Cum igitur heic fuerint Narcissi balnea, domum quoque ejusdem contiguam delineavimus in* Tab. VII. part. 3. magn. Ichnogr. *inter Antonini templum, & Hadriani thermas.*

CAPITOLO SESTO.

Delle opere fatte nel Campo Marzio dopo la morte d'Auguſto ſino alla decadenza dell'Imperio Romano.

I. LA predizione di Catone [1], che Roma avrebbe riſentito non lieve danno, qualora aveſſe ceſſato d'eſſer di mattoni, ſi avverò in breve; imperocchè, come dice Erodiano [2], *da che Auguſto aſſunſe l'Imperio, fece paſſar gl' Italiani dalle fatiche, e dall'armi, all' ozio; e ponendo alla guardia delle città ſoldati mercenarj, e ſalariati, limitando in oltre l' Imperio con fiumi, e foſſi grandi, e con dirupi di monti, e con luoghi deſerti, e quaſi impraticabili, in tal guiſa lo reſe ſicuro**. In fatti, dopo d'eſſere ſtato fabbricato il Campo Marzio, e rivolti gli animi de' cittadini dall' eſercizio dell' armi al cercare i piaceri, tutta la loro attenzione ſembrava, che foſſe di non laſciarvi il minimo ſpazio di terra voto, che non ſerviſſe ai divertimenti; non ſenza piacere d'Auguſto, il quale ben conoſceva di non aver che paventare da uomini immerſi ne' piaceri [a].

II. Dopo la di lui morte poi fino a' tempi di Nerone poche certamente furono, nè molto ragguardevoli, le opere che gli ſcrittori narrano eſſere ſtate erette nel Campo Marzio. Fra queſte può annoverarſi l' anfiteatro di Caligola, diſtrutto da Claudio ſuo ſucceſſore, per riedificar gli archi del condotto dell'acqua Vergine interrotti a cagion di queſt' opera [b]. Com' anche gli archi trionfali di Tiberio, e di Claudio: il primo de' quali [3] preſſo il teatro di Pompeo, eſſendo già ſtato decretato dal Senato, e poi ſoſpeſo, fu finito dal medeſimo Claudio in memoria dell'impreſe felicemente recate a fine da Tiberio, in iſpecie nella Schiavonia [4], ad onta delle traverſie che gli ſi pararon davanti per tutt' i verſi, e d'una grandiſſima ſcarſezza di viveri: l'altro innalzato allo ſteſſo Claudio la terza volta, ch'egli fu Conſolo aſſieme con L. Vitellio per la ſeconda [5]; *il quale, per eſſergli ſtati decretati dal Senato gli ornamenti trionfali, ſtimando poco convenevole alla maeſtà di Principe il ſolo titolo, e deſiderando l'occaſione di meritarſi l'onor del trionfo, eleſſe fra le altre quella dell' Inghilterra principalmente, nella quale dal Divo Giulio in poi non era ſtato fatto alcun tentativo, e che allora ſi era levata a rumore, per eſſerle ſtata denegata la reſtituzione de' fuggitivi....... e ſenz' alcuna battaglia, nè ſpargimento di ſangue, avendo in pochiſſimi giorni ſoggiogata una parte di quell' Iſola, ritornò a Roma ſei meſi dopo che n' era partito, e trionfò con grandiſſima pompa* [c]. Ed in oltre i bagni di Narciſo liberto di Claudio [d]. Le quali coſe tutte ſono ſtate delineate, e dinotate co' loro nomi nella *Tav. VII. part. 3. della grande Icnografia del Campo Marzio*.

N III. Ne-

(1) Liv. nel lib. 34. (2) Nel lib. 2. art. 38. (3) Svet. in Claudio. (4) Il medeſ. in Tiberio. (5) Il medeſ. in Claudio.

(a) Anche ſotto i Ceſari fu fatta qualche volta la raſſegna degli eſerciti nel Campo Marzio. Erodian. nel lib. 6. al cap. 8. *Per il che Aleſſandro, avendo raunati i ſoldati in Roma, e chiamatili nel Campo, così parlò a' medeſimi ec.* Ma raunò in Roma l'eſercito, per mandarlo più ſpeditamente in Perſia.

(b) Che Caligola aveſſe interrotti gli archi del condotto dell'acqua Vergine per fabbricare un anfiteatro, ſi raccoglie da Svetonio, ove dice: *Incominciò Caligola..... un anfiteatro vicino ai Septi*, che ſecondo la teſtimonianza di Frontino confinavano con gli ſteſſi archi, come abbiam dimoſtrato nel Cap. V. all'art. IX.

(c) Ove ſia ſtato queſt'arco, ſi raccoglie da Flaminio Vacca nel ſuo Comentario delle Antichità Romane. *La piazza di Sciarra*, dic'egli, *è così detta dal Signore Sciarra padrone del vicino palazzo. Sotto il Pontificato di Pio IV. furono ſcavati in queſta piazza gli avanzi degli archi di Claudio con molti frammenti di ſtorie, e di baſſirilievi, e coll'immagine del medeſimo Ceſare: delle quali coſe parte ne comprò Gio. Giorgio Ceſarini, e le traſportò al ſuo giardino a S. Pietro in Vincoli, e parte io; che fecero* CXXVI. *carrettate. V'era rimaſa una piccola porzione di queſt'arco ſopra terra, ornata di baſſirilievi, che pochi anni ſono da' Romani è ſtata traſferita in Campidoglio*. Fra queſti avanzi ch'eran reſtati ſotto il *num.* 52. dinotato nella *Topografia della Tav. III.* fu altresì ſcavata l'iſcrizione del medeſimo arco diminuita, che nella *Tav. II.* abbiam riferita *al num.* 3. fra i monumenti più inſigni del Campo Marzio. Oggi poi eſſendo ſtata affiſſa al muro dell' argine, che gira attorno al palazzo Barberini, ſi legge inſieme col ſuo ſupplimento così.

TI. CLAV*dio*. *Caeſ*
AVGV*ſto*
PONTIFI*ci*. *Max*. *Tr*. *P*. IX
COS. V. IM*p*. XVI. *P*. *P*
SENATVS. PO*pul*. *Q*. *R*. *quod*
REGES. BRIT*anniæ*. *abſq*
VLLA. IACTVRA. *domuerit*
GENTESQVE. *Barbaros*
PRIMVS. INDIC*io*. *ſubegerit*

Altro ſupplimento riferito dal Nardini nel lib. 6. al c. 9. ne fu fatto dal Gauges de Golle, cioè:

TI. CLAV*dio*. *Druſi*. *F*. *Caiſari*
AVGV*ſto*. *Germanico*. *Pio*
PONTIFI*ci* *Max*. *Trib*. *Pot*. IX
COS. V. IM*p*. XVI. *Patri* *Patriai*
SENATVS. PO*pulusque*. *Romanus*. *quod*
REGES. BRIT*anniai*. *perduelles*. *ſine*
VLLA. IACTVR*a*. *celeriter*. *ceperit*
GENTESQVE. *Extremarum*. *Orchadum*
PRIMVS. INDIC*io*. *facto*. *Romano*. *Imperio*. *adjecerit*

(d) Si fa menzione di queſto Liberto da Plinio nel lib. 33. al cap. 10. ove dice: *Abbiam poi conoſciuti molti ſchiavi fatti liberi, più ricchi di Craſſo; e tre parimente ſotto l'imperio di Claudio, cioè Pallante, Calliſto, e Narciſo*. Da Giovenale nella Sat. 5. ...... *Nè le ricchezze di Narciſo, che fu ſecondato da Claudio Ceſare in tutte le coſe; a' cui comandi queſti fu così raſſegnato, che ucciſe fino la propria moglie per ordin ſuo*. Da Svetonio: *Lamentandoſi Claudio della povertà del Fiſco, fu detto, non fuor di propoſito, che ſi ſarebbe arricchito, ſe foſſe ſtato ammeſſo in conſorzio da' ſuoi due Liberti*. Da Dione in Claudio: *Narciſo il più potente di quanti ve n'era a que' tempi; e che avea più di quattro milioni*. De' di lui bagni poi così parla il Donati nel lib. 3. al cap. 18. *Ne' fondamenti della medeſima Chieſa* (cioè di S. Ignazio), *che ſi ſcavavano lungo il fianco di eſſa, furon rinvenuti non piccioli avanzi di bagni privati con delle fornacelle conveſſe, donde il calore per via di canaletti di terra cotta congiunti inſieme ſpirava in varie ſtufe d'altri piani.... Vi furon trovati eziandio de' condotti di piombo fonduti di figura conica, in uno de' quali leggevaſi queſta iſcrizione parimente di getto: NARCISSI. AVG. LIB. AB. EPISTVLIS* (Tav. XXX.) Or eſſendo ſtati in queſto luogo i bagni di Narciſo, abbiamo altresì nella *Tav. VII. part. 3. della grande Icnografia* diſegnata vicino ad eſſi la di lui caſa, fra il tempio d' Antonino, e le terme d'Adriano.

III. *Nero, primus post Augustum, Campum Martium magnificentius ornavit; nam* [1] *thermas nono Imperii anno (ab Urbe autem condita* DCCCXIV. *P. Mario Celso, L. Asinio Gallo Cos.) quas Neronianas appellavit, exstruxit in loco, cui postea Circus Alexandri fuit proximus, ut ostendimus* Tabula VII. part. 3. magnæ Ichnographiæ. *Gymnasium thermis addidit* [2] *(ut in eadem* Tab.*), quinquennalis certaminis gratia, quod* triplex, musicum, gymnicum, equestre, Neronia appellatum, primus omnium Romæ, more Græco, instituit; dedicatisque thermis, atque gymnasio, Senatui quoque, & equiti oleum præbuit. *Gymnasium hoc, anno post, cælo tactum cum æreo ipsius Principis signo, scribit Tacitus* [3]. *Acceptissimas quondam civibus fuisse Neronis thermas, & inter magnificentiora Urbis opera habitas, arguit subjecta Martialis antithesis* [4]:

Quid Nerone pejus?
Quid thermis melius Neronianis?

necnon Statii synthesis [5]:

. . . . . Fas sit componere magnis
Parva: Neronea nec qui modo lotus in unda,
Heic iterum sudare neget. *Idest in Etrusci cujusdam balneo* [a].

IV. *De templo Isidis, & Serapidis, quod P. Victor ponit in IX. Regione, cuique Villam Publicam, Diribitorium, & Hadriani thermas adjunximus* [b], *tacent scriptores, quo potissimum tempore sit erectum. Aliquibus fortasse videbitur ad annum Urbis* DCC. *esse referendum, quod Dio postquam Ægyptiam superstitionem anno* DCXCIX. *L. Domitio Ahenobarbo, Ap. Claudio Pulchro Cos. repudiatam, sequente vero anno* DCC. *restitutam fuisse prodidit, ita inquit* [6]: Ubi ea obtinuit sententia, ut publice jam coli inciperent, extra pomœrium eos Deos conlocaverunt: *templum enim, de quo agimus, erat extra pomœrium. At cum nihil de eo heic dixerit Dio, scribat autem, incensum fuisse* [c], *Tito Principe; illud nos ad hujus Principis tempora in nostra descriptione referemus: ita tamen, ut Romæ jam tum fuisse, non autem tunc factum, significemus.*

V. *Nihil novi factum in Campo est a Neronis obitu usque ad Domitianum. Hic* edidit, *ut ait Suetonius* [7], navales pugnas, pene justarum classium, effosso, & circumducto juxta Tiberim lacu: *naumachia scilicet exstructa* (Tab. IX. part. 5. magn. Ichnograph.), *quam Martialis* [8] *celebrat epigrammate, quod subjicimus*:

Quidquid & in Circo spectatur, & Amphiteatro,
Dives Cæsarea præstitit unda tibi.
Fucinus, & pigri taceantur stagna Neronis:
Hanc norint unam sæcula naumachiam.

Verum hæc non diu fuit auctori superstes; nam paullo postquam facta est [9], *ex ejus lapide Circus Maximus* [d], *deustis utrinque lateribus, exstructus est* [e].

VI. *Domitiani naumachiæ longo sane post tempore successit Trajani porticus, cujus unus P. Victor* [10], *hisque tantum verbis meminit*: Trajani porticus in Campo Martio. *Hanc in* Tab. VI. *sive* part. 3. magn. Ichnograph. Campi ejusdem *a latere thea-*

(1) *Euseb. in Chronic. Sueton. in Nerone, P. Victor Reg IX. Urbis.* (2) *Sueton. loc. cit.* (3) *Annal. lib. 15.* (4) *Lib. 7. epigr. 33:* (5) *Sylvar. lib. 1.* (6) *Lib. 40.* (7) *In ejus vita.* (8) *In opera Flavian. epigr. 31.* (9) *Suet. ibid.* (10) *Reg. IX. Urb.*

(a) *Apparebant harum thermarum rudera prope templum S. Ludovici nationis Gallicæ in ædibus Mediceis, nunc Urbis Prætorio* (Tab. II. num. 25. Tab. III. num. 44.), *cui laxando quinque ab hinc annis destructa sunt. De his thermis sic Donatus lib. 3. cap. 19.* Thermæ Neronianæ, ait P. Victor, postea Alexandrinæ dictæ. Et Cassiodorus in Chronico: Thermæ a Nerone ædificatæ; quas Neronianas appellavit; cujus odio, mutato vocabulo, nunc Alexandrinæ nominantur. At Eusebius in eodem Chronico refert novas ab Alexandro excitatas anno ejus Imperii V. Et Lampridius, opera, inquit, veterum Principum instauravit; ipse nova multa instituit. In his thermas nominis sui juxta eas, quæ Neronianæ fuerunt, aqua inducta, quæ Alexandrina nunc dicitur. Dicendus est ergo Alexander, veterum operum instaurator, restituisse atque ornasse Neronis thermas, & novas ipse ædificasse. *Ego vero crediderim, Neronis thermas Alexandri ævo parum fuisse frequentatas, quod utpote antiquiores, ac proinde iis temporibus enstructæ, cum nondum industria tam multa ad voluptatem, & commodum addidisset, multis caruerint usibus, qui in thermis postea desiderati non sunt; eas autem innovasse Alexandrum, a quo denominatæ postea sint.*

(b) *Nardinus lib. 6. cap. 9. auctor est, tellure effossa prope ædem Divi Stephani supra Caccum, quo loco templum Isidis, & Serapidis in* Tab. VII. *descripsimus, magnam ornamentorum Ægyptiacorum copiam e Syenite lapide repertam fuisse; eorum forsan, de quibus Lampridius in Alexandro*: Isium, & Serapium decenter ornavit, additis Signis, & Deliacis, & omnibus mysticis.

(c) *Dio in Tito*: Καὶ γὰρ τὸ Σεραπεῖον, καὶ τὸ Ἰσεῖον, τά τε Σεπτά, καὶ τὸ Ποσειδώνειον, τό τε βαλανεῖον τὸ τοῦ Ἀγρίππου, καὶ, τὸ Πάνθειον, τὸ Διριβιτώριον, καὶ τὸ τοῦ Βάλβου θέατρον, καὶ τὴν τοῦ Πομπηΐου σκηνὴν, καὶ τὰ Ὀκταουΐα οἰκήματα. καὶ μετὰ τῶν βιβλίων .... κατέκαυσεν. Nam Serapium, Isiumque, Septa, Neptuni ædes, thermæ Agrippæ, Pantheum, Diribitorium, theatrum Balbi, scena Pompeji, Octaviæ ædificia cum bibliotheca .... incendio corrupta sunt.

(d) *Apparent adhuc Circi Maximi rudera, quæ notantur* Tab. II. num. 205. 206. 207. 208. 209.

(e) *Æqui bonique consulat lector, si in magna Campi Martii Ichnographia Domitiani naumachiam descripsimus, quæ, ut diximus, disturbata paullo post fuit, quam facta est, ut Circus Maximus reficeretur; nam, & eam olim fuisse, & ubi fuerit, hoc loco indicasse, non indignum scitu est, nec inutile.*

III. Nerone fu il primo dopo d'Auguſto, che accrebbe gli ornamenti, e la magnificenza del Campo Marzio [1], con aver fabbricato nell'anno nono del ſuo imperio, di Roma DCCCXIV. in cui furon Conſoli P. Mario Celſo, e L. Aſinio Gallo, le terme, che denominò Neroniane, nel luogo, a cui poſcia fu da preſſo il Circo d'Aleſſandro, come dimoſtriamo nella *Tav. VII. part. 3. della grande Icnografia*. Aggiunſe alle terme il ginnaſio [2], (come nella ſteſſa *Tavola*) ad uſo del combattimento quinquennale, *ch' egli il primo introduſſe in Roma alla Greca di tre ſorte, cioè muſicale, ginnaſtico, e cavallereſco, e perciò detto giuochi Neroniani; ed avendo dedicate le terme, e 'l ginnaſio, diſtribuì altresì l'olio agli ordini Senatorio, ed Equeſtre*. Queſto ginnaſio, come ſcrive Tacito [3], un anno dopo fu percoſſo da un fulmine aſſieme colla ſtatua di bronzo dello ſteſſo Principe. Che le terme di Nerone ſiano ſtate un tempo di ſomma ſoddisfazione de' cittadini, e tenute fra le opere le più ragguardevoli della città, n'è un indizio la ſeguente contrappoſizione di Marziale [4]: *Che v'è mai ſtato di peggio di Nerone? Che di meglio delle terme Neroniane?* Com' anche il paragone di Stazio [5]:....... *Sia lecito il paragonar le coſe picciole colle grandi: Non ricuſi di ſudare anche qui* (cioè nel bagno d'un certo Etruſco) *chi ſi è lavato poc'anzi nelle acque di Nerone* [a].

IV. Quanto al tempio d'Iſide, e Serapide, riferito da P. Vittore nella Regione IX. e da noi poſto fra la Villa Pubblica, il Diribitorio, e le terme d'Adriano [b], gli ſcrittori non dicono in qual tempo ſia ſtato innalzato. Sembrerà forſe a taluno, doverſi riferire all'anno DCC. di Roma, perchè Dione, dopo aver raccontato, che l'anno DCXCIX. in cui furon Conſoli L. Domizio Enobarbo, ed Ap. Claudio Pulcro, fu proſcritta la ſuperſtizione Egiziana, e nell'anno ſeguente DCC. fu di nuovo ammeſſa, così dice [6]: *Quando ſi fu di parere, che quegli Dei ſi poteſſero pur incominciar a venerare in paleſe, li collocarono fuori del pomerio*: giacchè il tempio, di cui ſi tratta, era fuor del pomerio. Ma non avendo qui Dione detto cos' alcuna di eſſo, ed avendo ſcritto, che s'incendiò ſotto l'imperio di Tito [c]; perciò nel diſegnarlo lo riferiremo a' tempi di queſto Principe, in guiſa però da far intendere, che di quel tempo in Roma già era in eſſere, ma non che allora foſſe fabbricato.

V. Dopo la morte di Nerone nulla fu fatto di nuovo nel Campo inſino a Domiziano. *Queſti*, come dice Svetonio [7], *rappreſentò battaglie navali di flotte poco meno che giuſte in un lago ſcavato, e tirato attorno al Tevere*: cioè a dire nella naumachia dal medeſimo fabbricata (*Tav. IX. part. 5. della grande Icnografia*), e celebrata da Marziale [8] col ſeguente epigramma: *Tutti gli ſpettacoli del Circo, e dell'anfiteatro ſono ſtati rappreſentati nel vaſto lago di Ceſare. Più non ſi rammentino il lago Fucino, e lo ſtagno del neghittoſo Nerone. Queſta ſola naumachia paſſi alla notizia de' ſecoli*. Non durò però queſta lungo tempo dopo la morte dell'autore; imperocchè poco dopo d'eſſere ſtata fatta [9], fu colle pietre di eſſa reſtaurato il Circo Maſſimo [d], di cui eran arſi tutt' e due i lati [e].

VI. Alla naumachia di Domiziano gran tempo dopo ſuccedette il portico di Trajano, di cui fa ſolamente menzione P. Vittore [10], e con queſte ſole parole: *Il portico di Trajano nel Campo Marzio*: che nella *Tav. VII.* o ſia *part. 3. della grande Icnografia del medeſimo Campo*, abbiam

N 2 deſcrit-

(1) Euſeb. nella Cronac., Svet. in Nerone, P. Vitt. nella Reg. IX. di Roma. (2) Svet. nel luog. cit. (3) Nel lib. 15. degli Annali. (4) Nel lib. 7. epig. 33. (5) Nel lib. 1. delle Selve. (6) Nel lib. 40. (7) Nella di lui vita. (8) Nell'epigr. 31. ſu l'opere Flaviane. (9) Sveton. nel luogo cit. (10) P. Vitt. nella Reg. IX. di Roma.

(a) Vedeanſi gli avanzi di queſte terme preſſo la Chieſa di S. Luigi della nazion Franzeſe, nel palazzo de' Medici, preſentemente del Governo di Roma (*Tav. II. num. 35. e Tav. III. num. 44.*), per ingrandire il quale, furon diſtrutte cinque anni ſono. Di queſte terme così parla il Donati nel lib. 3. al cap. 19. *Le terme Neroniane, dice P. Vittore, poſcia chiamate Aleſſandrine. E Caſſiodoro nella Cronaca: Le terme edificate da Nerone, ch'egli chiamò Neroniane, in odio del quale eſſendo loro ſtato mutato il nome, adeſſo chiamanſi Aleſſandrine. Ma Euſebio nella medeſima Cronaca racconta, che Aleſſandro nell'anno V. del ſuo Imperio ne fabbricò delle nuove: e Lampridio dice, che reſtaurò le opere degli antichi Imperadori, e che ne fece molte delle nuove. Fra queſte fece le terme denominate dal ſuo nome, vicino a quelle che furon di Nerone, avendovi condotta l'acqua che oggidì chiamaſi Aleſſandrina. Dunque dee dirſi, che Aleſſandro reſtauratore delle opere degli antichi, riſarcì e adornò le terme di Nerone, e ch'egli ſteſſo n'edificò delle nuove*. Io poi ſon di parere, che le terme di Nerone a' tempi d'Aleſſandro foſſero poco frequentate, perchè, come più antiche, e fabbricate per conſeguente in tempi, che l'induſtria non v'avea per anche aggiunte per piacere e per comodo tante coſe, ſaranno ſtate prive di molti uſi, che poſcia non mancarono nelle terme, e che Aleſſandro le rinnovaſſe, sì che da lì in poi da lui prendeſſero il nome.

(b) Racconta il Nardini nel lib. 6. al cap. 9. che, fattoſi uno ſcavo preſſo la Chieſa di Santo Stefano del Cacco nel ſito, ove nella *Tav. VII.* abbiam deſcritto il tempio d'Iſide, e Serapide, fu ritrovata gran copia d'ornamenti Egiziani di granito, forſe di quegli ſteſſi, de' quali parla Lampridio in Aleſſandro: *Adornò decoroſamente il tempio d'Iſide, e Serapide, avendovi aggiunto le ſtatue, e gli ornamenti all'uſo di Delo, ed ogni altra coſa miſterioſa*.

(c) Dione in Tito: *Imperocchè furon guaſti dall'incendio il tempio di Serapide, e d'Iſide, i Septi, il tempio di Nettuno, le terme d'Agrippa, il Panteo, il Diribitorio, il teatro di Balbo, la ſcena di Pompeo, e gli edifizj d'Ottavia colla Libreria*.

(d) Veggonſi tuttavia gli avanzi del Circo Maſſimo, che ſi dinotano nella Tav. II. co' num. 205. 206. 207. 208. 209.

(e) Prenda in buona parte il leggitore, ſe abbiam deſcritta nella grande Icnografia del Campo Marzio la naumachia di Domiziano; la quale, come abbiam detto, fu diſtrutta poco dopo d'eſſere ſtata fatta, per reſtaurare il Circo Maſſimo; giacchè merita ben di ſaperſi, che vi ſia ſtata, nè è inutile d'aver qui accennato dov' ella foſſe.

theatri Pompejani descripsimus [a]. Excitatas præterea a Trajano in Campo fuisse invenimus ædem [b], basilicamque [1] Marcianæ sorori suæ inter Divos relatæ; quas in eadem Tab. VII. part. 3. magn. Ichnograph. inter porticum Septorum Juliorum, & Pantheum descripsimus.

VII. Eodem aucta honore est Matidia Marcianæ filia, cui Hadrianus, ut ait P. Victor [2], ædem [c], & basilicam sacravit in Campo. Has eadem Tab. VII. prope Pantheum posuimus. Instauravit præterea Hadrianus Pantheum [3], eique vestibulum circumdedit [d], quod in eadem Tabula videre est. Thermas etiam sui nominis in Campo exstruxit [4], quas eadem Tab. VII. inter Minervæ ædem, & stagnum Agrippæ descripsimus [e].

VIII. Hadriano autem mortuo, atque inter Divos relato, Antoninus Pius Augustus filius templum eidem in Campo Martio ædificavit [f], quod Tab. VII. prope Marcianæ basilicam notavimus. Antonino autem vita functo, pariterque inter Divos relato, Marcus Imperii hæres, ac Verus, filii, columnam apotheoseos cum insigni stylobata in eodem Campo posuerunt. Hanc adgesta terra pene obrutam, stantem tamen adhuc supra stylobatam, in horto Patrum S. Vincentii a Paulo ad occidentale latus amphitheatri Statilii Tauri, quo loco eam posuimus Tab. VII. eruit extraxitque, Clemente XI. Pont. Max. Franciscus Eques Fontana miri artificii machina, cujus schema ostendimus Tab. XXXI. Est autem columna omnino pura, ut patet ex Tab. XXXII. lit. a, e Syenite lapide, alta palmos LXVI. & uncias octo, cum diametro imi scapi palmorum octo, unciarum quatuor & semis, ut in eadem Tab. XXXII. lit. b [g]. Stylobata vero est e solido pario marmore, altus palmos undecim, & uncias tres, latus quaqua versus palmos tredecim, & uncias tres. Cogitaverat Clemens XI. hoc monumentum in foro magnæ Curiæ Innocentianæ statuere; quod vero corruptum olim fuerat incendio, instaurari proinde omni cura jusserat. Sed stylobates quidem in integrum restitutus, ante memoratam Curiam erectus est a Benedicto XIV. Columnæ cura, quæ refici non facile potest, abjecta. Ejus stylobatæ latera ostendimus Tab. XXXII. & XXXIII. quorum primum, quod obversum ad orientem erat, Antoninum nudo, Faustinam velato capite, ex more apotheoseos, inter duas aquilas exhibet, utrumque insistentem juveni alato, qui mundi genius est, ut patet ex sphæra, quam sinistra manu tenet; cui Dea Roma, ad profluentem Tiberim assidens, manum tanquam auxiliarem exporrigit, altero item juvene humi sedente, qui immortalitatis genius est, ut patet, quod sinistra manu obeliscum teneat. Sed consulatur Vignolius [5], qui de hac

(1) P. Vict. Reg. Urb. IX. (2) Reg. IX Urbis. (3) Spartian. in Hadrian. (4) Id. ibid. (5) Differt. de column. apoth. Antonini Pii.

(a) P. Victoris ævo Campus Martius dicebatur illud tantum agri spatium, quod erat in ædis & aræ Martis vicinia. Hac decepti auctoritate scriptorum sequioris ævi non defuerunt, qui Campum ipsum ampliorem eo spatio fuisse negarent. Cum igitur Trajani porticum ex Victore in ea vicinia statui oporteret, in loco ceteris operibus vacuo, morem eidem gessimus hac quidem in re, non vero in describendis Campi finibus.

(b) Arguit hoc argenteus nummus, cujus schema Donatus exhibet lib. 3. cap. 18. cum epigraphe: MATIDIA. AVG. DIVAE. MARCIANAE. F.

(c) Ex Donato, qui lib. 3. cap. 18. hæc de Matidiæ templo habet: Cum frontis Ignatiani templi fundamenta egererentur .... inventasque cloacas fossores repurgarent, partem ingentis fistulæ plumbeæ non longe a Pantheo Agrippæ repererunt, eratque fusilibus literis in ea inscriptum: TEMPLO. MATIDIAE. Porro templum Matidiæ non longe a Pantheo in Regione IX. fuisse necesse est; illo enim mittebant aquæductus. (Tab. II. in monum. congerie num. 15.)

(d) Bufalini ævo magnæ apparebant circum Pantheon hujus vestibuli reliquiæ, ut videre est ex Ichnographia Urbis per eum edita, eadem ferme ratione, qua nos vestibulum descripsimus. Perpaucæ modo supersunt, quæ notantur Tab. III. num. 45. Dirutæ enim sunt, Alexandro VII. Pont. Max. qui pronaum Panthei restauravit, & rudera sustulit, quibus undique convestiebatur. Vestibulum hoc ab Hadriano fuisse factum, monent lateres ibidem reperti, & ita inscripti, TIT. ET. GALL. COS, scilicet, Titiano, & Gallicano Consulibus, anno Urbis DCCCLXXIX. quo tempore Hadrianus imperabat; ut auctor est Falconerius in sua epist. ad Datum, licet Falconerius, non vestibuli, sed alicujus aquæductus easdem reliquias fuisse ratus sit, nullo tamen vel structuræ, vel monumentorum indicio fretus.

(e) Hoc loco Hadrian. thermas fuisse, monet Donatus lib. 3. cap. 19. Idem eod. lib. 3. cap. 18. inquit: Duo nuperrima præterire non possum ..... alterum, sub Collegii Romani solum veterem arcuatum aquæductum, ruinis obrutum sepultumque, nuper fuisse inventum, cum frontis templi Ignatiani fundamenta egererentur .... sed multo cultiorem pulchrioremque, quam ceteri ex coctili latere conspiciantur. Exteriori enim facie tabulis marmoreis vestiebantur pilæ, antis ad latera corinthiarum columnarum exstantibus, sed paullum reductis, itemque crustatis marmore parastatis. Exinde epistylia, zophori, & coronæ marmoreæ, structumque supra parietem marmora contegebant; & columnis e marmore striatis statuæ, ut reor, fuerant impositæ. Interiori parte easdem pilas Tiburtini lapidis structura solidabat, prostantibus antis opere Dorico, & epistylium coronamque sustinentibus. Supra, opus lateritium, qua condebatur aquæductus, altum circiter sex, tres palmos latus. Arcus inter pilas marmorato obducti, & certis subinde spatiis quædam ampliora, minoribus interstincta, intercolumnia. Cum arcuatus hujusmodi aquæductus pilis suis, quæ habentur Tab. VII. part. 3. magn. Ichnograph. Campi Martii, protenderetur a latere dextro lacus aquæ Virginis, Marcianæ, & Antonini templis interjecti, haud absimile veri est, pertinuisse ad Hadriani thermas, atque in eas partem aquæ Virginis intulisse. Ejus schema a Donato editum retulimus Tab. XXX. tamen sine statuis, quas, licet ipse dixerit, columnis e marmore striatis statuæ, ut reor, fuerant impositæ, revera impositas fuisse, non liquet.

(f) Templum erectum fuisse ab Antonino Pio, colligitur ex Julio Capitolino in Antonino, ubi ait: Templum Hadriani honori patris dicatum. Et in L. Vero: Qua die togam virilem Verus accepit, Antoninus Pius ea occasione, qua patris templum dedicabat, populo liberalis fuit. Item ex P. Victore in catalog. ædificior. Regionis IX. Urbis. Cum autem de loco hujus templi non constet, nos illud prope alia consanguineorum, & affinium ejus templa conlocavimus.

(g) Vignolius in differt. de hac columna cap. 1. ratus est, paullo postquam erecta fuit, terra adgesta, consepultam fuisse. Atque id ex eo conjicit, quod antiqui Scriptores ejus non meminerint. Qua alia, inquit, de caussa P. Victor, Sex. Rufus, Sex. Aurelius Victor, qui ceteras columnas, memoriæ rerum gestarum positas, tam diligenter recensuerunt, hanc præteriere, nisi eadem ipsa, ob quam descripta nondum fuit a recentibus philologis, scilicet, quod horum ævo latuerit ruinis obruta? Verum conjectura hæc ex eo refellitur, quod iidem Rufus, & uterque Victor nonnullos triumphales arcus, rerum gestarum memoriæ æque positos, nec tamen ruinis obrutos, præterierunt, nonnullos recensuerunt.

deſcritto allato al teatro di Pompeo [a]. Troviamo di più eſſere ſtati innalzati da Trajano nel Campo un tempio [b], ed una baſilica [1] a Marciana ſua ſorella deificata, che da noi ſono ſtati deſcritti nella *Tavola VII. part. 3. della grande Icnografia* fra 'l portico de' Septi Giulj, ed il Panteo.

VII. Lo ſteſs' onore fu fatto a Matidia figliuola di Marciana, alla quale Adriano, al dir di P. Vittore [2], conſagrò nel Campo un tempio [c], ed una baſilica. Queſti ſono ſtati da noi poſti nella ſteſſa *Tav.VII.* preſſo il Panteo. Reſtaurò in oltre Adriano il Panteo [3], e gli tirò attorno il veſtibolo, che ſi dimoſtra nella medeſima *Tavola* [d]. Fabbricò eziandio nel Campo le terme denominate dal ſuo nome [4], le quali ſi ſon deſcritte nella ſteſſa *Tav. VII.* fra 'l tempio di Minerva, e lo ſtagno d' Agrippa [e].

VIII. Eſſendo poi morto Adriano, e annoverato fra gli Dei, Antonino Pio Auguſto ſuo figliuolo gli ereſſe un tempio nel Campo Marzio [f], che abbiam notato nella *Tav. VII.* vicino alla baſilica di Marciana. Morto altresì Antonino, ed anch'eſſo deificato, Marco erede dell'Imperio, e Vero, di lui figliuoli, gl' innalzarono nel Campo medeſimo la colonna della deificazione con un inſigne piediſtallo; la quale rimanendo quaſi ſotterra, ma tuttavia ritta ſul piediſtallo, nell' orto de' Padri di S. Vincenzo di Paolo dalla parte occidentale dell' anfiteatro di Statilio Tauro, ove l'abbiam poſta nella *Tavola VII.* fu ſcavata, ed eſtratta ſotto il Pontificato di Clemente XI. dal Cav. Franceſco Fontana con una macchina di maraviglioſo artifizio, che ſi dimoſtra nella *Tav. XXXI.* Ella è una colonna di granito tutta liſcia, come ſi vede nella *Tav. XXXII. alla lett. a*, alta LXVI. palmi, e ott'once, ed ha da piedi otto palmi, e quattr'once e mezza di diametro, come ſi dimoſtra nella ſteſſa *Tav. XXXII. alla lett. b* [g]. Il piediſtallo poi è d'un ſol pezzo di marmo pario, alto XI. palmi, e tre once, e largo XIII. palmi, e tre once per ogni verſo. Avea penſato Clemente XI. di ſituar queſto monumento nella piazza della gran Curia Innocenziana, e poichè era già ſtato guaſto dal fuoco, lo aveva fatto raſſettare con tutta la diligenza: ma il piediſtallo ſolo, riſtorato interamente, fu eretto innanzi alla detta Curia da Benedetto XIV. Il penſiero d'ergere la colonna, che non è così facile di riſarcire, fu abbandonato. I lati del piediſtallo di eſſa ſi dimoſtrano nelle *Tav. XXXII.* e *XXXIII.* il primo de' quali, che riguardava verſo oriente, rappreſenta Antonino col capo nudo, e Fauſtina col capo velato fra due aquile, ſecondo il ſolito delle deificazioni, l'uno e l'altra ſoſtenuti da un giovane alato, o ſia genio del mondo, come appariſce dalla sfera, ch'egli ha nella mano ſiniſtra; al quale la Dea Roma ſeduta in riva al Tevere porge la mano come in ajuto: con un altro giovane ſedente in terra, che dal tenere colla ſiniſtra mano un obeliſco, ſi riconoſce, eſſer il genio dell'immortalità. Ma veggaſi il Vignoli [5],

O che

(1) P. Vitt. nella Reg. IX. di Roma. (2) Nel luog. cit. (3) Sparzian. in Adriano. (4) Nel luog. cit. (5) Nella diſsert. della Colonna della Deificazione d'Antonino Pio.

(a) A' tempi di P. Vittore chiamavaſi Campo Marzio quel ſolo ſpazio di terra ch'era nel vicinato del tempio e dell'ara di Marte. Non è mancato chi ſedotto da queſt' autorità degli ſcrittori de' baſſi tempi ha negato, che il Campo Marzio ſi ſtendeſſe oltre quello ſpazio. Dovendoſi adunque, ſecondo Vittore, collocare il portico di Trajano in quel vicinato, in ſito non occupato da altre fabbriche, in ciò lo abbiamo ben ſecondato; ma non però nel deſcrivere i confini del Campo.

(b) Ciò ſi deduce dalla medaglia d'argento, la cui figura ſi riporta dal Donati nel lib. 3. al cap. 16. coll' iſcrizione: MATIDIA. AVG. DIVAE. MARCIANAE. F

(c) Dal Donati nel lib. 3. al cap. 18. ove così parla del tempio di Matidia: Mentre ſi ſcavavano i fondamenti della facciata della Chieſa di S. Ignazio...... e i cavatori ripulivano le cloache, che vi ſcoperſero, rinvennero non lungi dal Panteo d'Agrippa una porzione d'un gran canale di piombo, in cui con lettere di getto era ſcritto: TEMPLO. MATIDIAE. E' d'uopo adunque, che il tempio di Matidia nella Regione IX. non foſſe lungi dal Panteo; imperocchè gli acquidotti erano indirizzati a quella volta. (*Tav. II.* nella collezione de' monumenti al *n.* 15.)

(d) Grandi eran gli avanzi di queſto veſtibolo intorno al Panteo al tempo del Bufalini, come può vederſi dalla Pianta di Roma del medeſimo, diſpoſti preſſo che nella ſteſſa maniera con cui noi abbiam deſcritto il veſtibolo. Pochiſſimi ne rimangono a' tempi noſtri, che ſi dinotano nella *Tav. III. col num.* 45. imperocchè furon diſtrutti ſotto il Pontificato d' Aleſſandro VII. che reſtaurò il pronao del Panteo, e ne ſgombrò i rottami da' quali era cinto per ogni verſo. Queſto veſtibolo fu fatto da Adriano, come indicano i mattoni trovati nel medeſimo luogo coll'iſcrizione, TIT. ET. GALL. COS, cioè *ſotto il Conſolato di Tiziano, e Gallicano*, l'anno di Roma DCCCLXXIX. tempo in cui regnava Adriano, riferita dal Falconieri nella ſua piſt. al Dati; ſebbene il Falconieri abbia giudicato, i detti avanzi non eſser d'un veſtibolo, ma di qualche acquidotto; non avendone però nè dalla coſtruttura, nè da' monumenti alcun indizio.

(e) Avverte il Donati al lib. 3. cap. 19. che le terme d'Adriano ſiano ſtate in queſto luogo. Il medeſimo nel lib. 3. cap. 18. dice: *Non poſſo laſciar di riferire due coſe or ora accadute .... l'una, che ſotto il ſuolo del Collegio Romano è ſtato trovato poco fa un antico acquidotto arcuato, interrato, e ſepolto nelle rovine, mentre ſi ſcavavano i fondamenti della facciata della Chieſa di S. Ignazio ..... ma molto più adorno e più bello di quanti altri ſe ne veggono fatti di mattoni. Imperocchè dalla parte eſterna le pile erano riveſtite di tavole di marmo colle ante che rimanevano allato alle colonne Corintie, ma un poco rientranti, e co' pilaſtri parimente incroſtati di marmo. Ne venivano poi gli architravi, i fregj, e le cornici di marmo, ed il muro di ſopra fabbricato, era coperto anch'eſſo di marmi, e ſu le colonne di marmo ſtriate v'erano, a mio credere, ſtate poſte delle ſtatue. Dalla parte di dentro le ſteſſe pile erano di travertino colle ante d'ordine Dorico, che ſi ſporgevano in fuori, e ſoſtenevano l'architrave e la cornice. Sopra v'era la coſtruttura di mattoni, ove rinchiudevaſi l'acquidotto, alta palmi ſei in circa, e tre larga. Gli archi fra le pile erano riveſtiti di ſtucco, e di quando in quando alcuni intercolunnj più larghi eran tramezzati da altri più ſtretti.* Siccome queſto condotto arcuato colle ſue pile dinotate nella *Tav. VII part. 3. della grande Icnografia del Campo Marzio* s'eſtendeva dal lato deſtro della fontana dell'acqua Vergine, che rimaneva fra' templi di Marciana, e d'Antonino, così egli è veriſimile che ſia appartenuto alle terme d'Adriano, e che vi tramandaſſe una parte della ſteſs'acqua. La figura pubblicatane dal Donati, è ſtata da noi riportata nella *Tav. XXX.* ma però ſenza le ſtatue, le quali, comecchè egli abbia detto, *ſu le colonne di marmo ſtriate v'erano, a mio credere, ſtate poſte delle ſtatue*, non è certo, che in fatti vi foſſero ſtate poſte.

(f) Che il tempio foſſe ſtato innalzato da Antonino Pio, ſi raccoglie da Giulio Capitolino in Antonino, ove dice: *Il tempio d'Adriano dedicato ad onore del padre.* E in L. Vero: *Nel giorno in cui Vero preſe la toga virile, Antonino Pio in tale occaſione, dedicando il tempio del padre, usò liberalità verſo il popolo.* Parimente da P. Vittore nel catalogo degli edifizj della Regione IX. di Roma. Non ſapendoſi poi ove foſſe ſituato queſto tempio, l'abbiamo poſto preſſo gli altri de' ſuoi congiunti, ed affini.

(g) Il Vignoli nella diſſertazione intorno a queſta colonna al cap. 1. ha creduto, che poco dopo d'eſſere ſtata innalzata, rimaneſſe interrata. E ciò va congghietturando dal non averne gli antichi ſcrittori fatta menzione. Per qual altra cagione, dic'egli, P. Vittore, Seſto Rufo, e Seſto Aurelio Vittore, che con tanta eſattezza deſcriſſero le altre colonne innalzate per memoria de' fatti, tralaſciarono di deſcriver queſta, ſe non per quella ſteſſa cagione, per cui non era ſtata per anche deſcritta dai moderni antiquarj, cioè perchè a' tempi di coſtoro rimaneva ſepolta fra le rovine? Ma queſta conghiettura ſi ribatte dall'avere i medeſimi Rufo, e l'uno e l'altro Vittore parlato di alcuni archi trionfali, e d'alcuni taciuto, innalzati parimente per memoria de' fatti, e non coperti dalle rovine.

hac ſcalptura differit [a]. *In lateribus vero meridionali, ac ſeptentrionali ſtylobatæ, quæ notantur* Tab. XXXII. lit. B, *&* Tab. XXXIII. lit. D, *ſcalpta decurſio eſt equitum peditumque, quæ a nationibus fere omnibus in funeribus fieri ſolebat, ut omnes norunt. In quarto demum, ſive occidentali ſtylobatæ latere, quod* Tab. XXXII. *notavimus* lit. A, *inſcriptum legitur:*

DIVO . ANTONINO . AVG. PIO
ANTONINVS . AVGVSTVS . ET
VERVS . AVGVSTVS . FILII

æreis characteribus a Clemente XI. reſtitutis, quod veteres excidiſſent [b].

IX. *Marco Aurelio vita functo, iiſdemque cæremoniis conſecrato, quibus Antoninus Pius pater* [1], *columna cochlides in Campo Martio inter porticum Septorum Juliorum, & amphitheatrum Statilii Tauri erecta eſt* (Tab. VII. part. 3. magnæ Ichnograph.), *quæ adhuc ſtat in foro ipſi cognomine; ut innuimus* Tab. II. num. 28. Tab. III. num. 34. *oſtenditur autem inter celebriora Campi Martii monumenta, ead.* Tab. II. num. 1. *Columna hæc zonam ſimulat, quæ ipſi a ſummo ad imum oblique circumvolvatur; in qua bellum Marcomannicum a defuncto Marco geſtum, anaglyphis deſcriptum eſt. Qui hanc ſcalpſerunt, imitati quidem Trajaneæ columnæ formam ſunt, non tamen artificium; ut mirum ſit, ne excepto quidem ſtylobata alterius columnæ, de quo diximus, tantam tam brevi tempore elegantiæ jacturam ab his artificibus fieri potuiſſe. Jam vero, cum hæc quoque corrupta non modice eſſet vetuſtate, & incendiis, reficiendam Sixtus V. magno ſumptu curavit, ut æneam Divi Pauli ſtatuam in ejus vertice poneret.*

X. *Supereſt, ut hoc loco dicamus de columnæ hujus nomine, ſeu cuinam, & a quo poſita olim fuerit: etſi enim opinio invaluerit, eaque ſatis conſtans, Antonino Pio, poſt ejus apotheoſim, a M. Aurelio dicatam fuiſſe; nonnulla tamen ſunt, quæ ſi recte expendantur, id ipſum revocent in controverſiam, oſtendantque, quam periculoſum ſit, de veterum monumentis ex eo, quod vulgo jactatur potius, quam quod ratio monuerit, ferre ſententiam. Atque eos quidem qui hanc Antonino columnam adjudicant, ita ſenſiſſe arbitror, quod, cum ſcirent & nummorum ope, & ex quodam P. Victoris loco, Antonini inter Divos relati columnam olim exſtitiſſe, præter cochlidem vero, de qua loquimur, nullam viderent, hanc potiſſimum eſſe putaverunt. Sed refellit hanc controverſiam columna, quæ reperta, Clemente XI. Pontifice, eſt, & quidem pura, quemadmodum nummi indicant, & quæ certe poſita Antonino eſt, poſt ejus apotheoſim, a M. Aurelio, & L. Vero filiis: ut patet ex epigraphe, & ſcalptura ſtylobatæ. Hac igitur refoſſa, dubia de cochlide, ne dicam non ferenda, ſententia jam eſt, quæ prius certa videbatur: quo enim exemplo probabitur, duas uni columnas, eadem apotheoſeos de cauſſa, poſitas ab eodem fuiſſe? At duas profecto M. Aurelius patri ſtatuiſſet, & quidem alteram ſine collega, cum æque ambo, adoptionis jure, filii eſſent, & conſortes Imperii; ita enim modo inſcriptus cochlidis ſtylobates eſt:*

M. AV-

(1) *Jul. Capitolin. in M. Aurelio.*

(a) *Ficoronus de antiq. plumb. refert, in imo ſcapo hujus columnæ inventam fuiſſe epigraphem, quæ magna ex parte abraſa fuit ab artificibus, ut ſcapum ipſum planius redderent, aptarentque ſtylobatæ; nihil proinde amplius ex epigraphe apparere, quam Trajani Imp. & architecti nomina. Hinc opinatur, columnam hanc Trajano prius fuiſſe erectam, poſtea vero depoſitam, translatamque in locum, de quo agimus, & Antonino Pio dedicatam. Ut autem opinioni huic fautores aucupetur, duos Trajani nummos in medium profert, alterum a Seguino editum, alterum Januæ in Cimelio Miconiæ familiæ adſervatum, in quorum antica parte inſcriptum eſt:* IMP. CAES. NER. TRAIANO. OPTIMO. AVGVSTO. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. *in poſtica vero pura inſpicitur columna, huic, de qua dicimus, ſimilis; cum noctua ſupra impoſita, & epigraphe:* SENATVS. POPVLVSQVE. ROMANVS. *Scio, Vignolium cap. 7. hujuſmodi Trajani nummos recenſere inter apocryphos; jurene, an injuria, meum non eſt dijudicare; præſertim cum aliqui ſint hoc tempore, qui alios ejuſdem omnino generis nummos Trajani viderint cum columna pura, eoſque cenſuerint fidei non dubiæ. Sed licet columna, de qua loquimur, ſtatuta prius Trajano fuiſſet, deinde caſu aliquo dejecta, quid inde poſſet inferri? Num Antonino erectam poſtea non fuiſſe? Reclamat apotheoſis ejus in ſtylobata, cui columna innitebatur, inventa cum eſt. Nam quod ad inſcriptionem attinet, eam damus* Tab. XXXII. lit. B, *ut quivis judicet, an ex ea Trajani nomen colligi poſſit.*

(b) *Vignolius in cit. diſſert. de columm. apotheoſ. cap. 3. numiſmatis ſchema exhibet, in cujus antica parte cuſum eſt radiatum Antonini Pii caput cum epigraphe:* ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. COS. III: *in poſtica vero, columna cum epigraphe:* FELICITAS. AVG. S. C: *opinatus propterea, columnam hanc, eam ipſam apotheoſeos columnam, de qua agimus, referre; conjicitque ex tertio Antonini Pii conſulatu, xv. vel xx. annis ante ejus obitum fuiſſe erectam; mortuo autem Antonino, apotheoſis ſymbola in ſtylobata ſculpta eſſe: modo, ut ait, architecturæ & ſcalpturæ rationibus non adverſetur, ſtylobatam tantæ prius fuiſſe magnitudinis, ut, ſervata poſtea ſymmetria, anaglyptica opera, & cælaturæ, quas oſtendimus, in eo fieri potuerint. Verum haud hæc, ſed alia inſtituenda erat quæſtio, ſcilicet, utrum M. Aurelius, & L. Verus columnam hanc a ſe ipſis Antonino vita functo erectam videri voluerint, non ſine injuria Senatus, qui vivo erexerat; an tam imparati ab opibus eſſent, ut aliam ſibi comparare non poſſent.*

che tratta di questa scultura [a]. Ne' lati poi meridionale, e settentrionale del piedistallo, dinotati nella *Tav. XXXII. colla lett. B*, e nella *XXXIII. colla lett. D*, v'è scolpito il torneo de' cavalieri, e de' pedoni, che solea, come ciascun sa, farsi quasi da tutte le nazioni ne' funerali. Finalmente nel quarto lato, ch'era l'occidentale del piedistallo, dinotato nella *Tav.XXXII. colla lett. A*, leggesi l'iscrizione:

DIVO . ANTONINO . AVG. PIO
ANTONINVS . AVGVSTVS . ET
VERVS . AVGVSTVS . FILII

i cui caratteri di bronzo, essendo caduti gli antichi, vi sono stati rifatti da Clemente XI. [b].

IX. Morto M. Aurelio, e consagrato anch'esso colle medesime cerimonie usate ad Antonino Pio suo padre [1], gli fu innalzata nel Campo Marzio la colonna coclide fra il portico de' Septi Giulj, e l'anfiteatro di Statilio Tauro (*Tav.VII. part.3. della grande Icnografia*), che per anche è ritta nella piazza da essa denominata: come si accenna nella *Tav.II. al num.28.* nella *III. al num.34.*, e si dimostra nella stessa *Tav.II. al num 1.* fra i monumenti più insigni del Campo Marzio. Questa colonna finge una fascia che le sia avvolta dintorno obbliquamente da cima a fondo, con bassirilievi, che rappresentano la guerra fatta dal defunto Marco a' Marcomanni. Coloro, che la lavorarono, imitaron bensì la forma della colonna Trajana, ma non l'artifizio; talchè ella è cosa mirabile, che neppur eccettuato il piedistallo dell'altra colonna, del quale si è parlato, abbiano questi artefici in sì poco tempo peggiorato cotanto nella finezza del lavoro. Or essendosi ancor questa assai guasta per la vecchiezza, e per gl'incendj, fu fatta restaurare con grande spesa da Sisto V. per porvi in cima la statua di S. Paolo.

X. Rimane qui a trattarsi del nome di questa colonna, ovvero a chi, e da chi fosse innalzata anticamente: imperocchè, sebbene siasi sempre e costantemente creduto, che sia stata dedicata da M. Aurelio ad Antonino Pio, dopo essere stato deificato; vi sono nondimeno alcune cose, che, a ben ponderarle, rendono dubbia una tale opinione, e fan vedere, quanto pericolosa cosa sia l'attenersi piuttosto a quel che dice il vulgo, che a quel che detta la ragione intorno al giudicare degli antichi monumenti. Coloro per tanto, che attribuiscono questa colonna ad Antonino Pio, io credo, che siano stati di tal parere, perchè, sapendo non meno dalle medaglie, che da un passo di P. Vittore, esservi stata una volta la colonna d'Antonino annoverato fra gli Dei, nè vedendo, se non la coclide, di cui si parla, si pensarono, che appunto fosse questa. Ma questa controversia è stata dileguata col ritrovamento della colonna estratta sotto il Pontificato di Clemente XI. la quale è liscia, come si vede nelle medaglie, e non v'è dubbio essere stata innalzata ad Antonino, dopo d'essere stato deificato, da M. Aurelio, e L. Vero suoi figliuoli, come si rende manifesto dall'iscrizione, e dalla scultura del piedistallo. Or da che questa fu scavata, la riferita opinione, che dianzi sembrava così certa, è poi rimasa dubbia, per non dire incomportabile: imperocchè dove si troverà mai, che uno abbia innalzato ad un altro due colonne per la stessa causa di deificazione? Ma M. Aurelio ne avrebbe certamente innalzate due a suo padre, ed una di esse anco senza il collega, essendo ambidue per ragion d'adozione figliuoli, e consorti dell'Imperio; conciossiachè oggi così si legge nel piedistallo della coclide:

O 2 M. AV-

(1) Giul. Capitolin. in M. Aurelio.

(a) Il Ficoroni ne' piombi antichi riferisce, che sotto il fusto di questa colonna fu trovata una iscrizione rasata in gran parte dagli artefici per meglio appianar lo stesso fusto, allor che doveva equilibrarsi sul piedistallo, e che perciò null'altro rimaneva di questa iscrizione, se non se i nomi dell'Imp. Trajano, e dell'architetto. Quindi argomenta, che questa colonna fosse stata prima eretta a Trajano, e poi deposta, e trasportata nel sito di cui si tratta, e dedicata ad Antonino Pio. Per poi farsi de' fautori di questa sua opinione, riporta due medaglie di Trajano, l'una pubblicata dal Seguino, l'altra riposta nel Museo de' Signori *Miconi* di Genova; nel dritto delle quali si legge: IMP. CAES. NER. TRAIANO. OPTIMO. AVGVSTO. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. nel rovescio poi si vede una colonna liscia, simile a quella di cui si tratta, con una civetta soprappostavi, e coll' iscrizione: SENATVS. POPVLVSQVE. ROMANVS. So, che il Vignoli al cap. 7. tiene per apocrife tal sorta di medaglie, se con ragione, o a torto, non istà a me il giudicarlo; tanto più che a' dì nostri vi son alcuni, che han veduto altre medaglie di Trajano colla colonna liscia, in tutto e per tutto simili a quelle, e le han tenute per vere. Ma comecchè la colonna di cui parliamo, fosse stata prima eretta a Trajano, e poi atterrata per qualche accidente, che se ne potrebbe mai dedurre? Forse che di poi ella non fosse stata innalzata ad Antonino? Osta la deificazione di lui rappresentata nel piedistallo, su cui posava la colonna, allor che fu trovata. Imperocchè per quel che s'appartiene all'iscrizione, la diamo nella *Tav. XXXII. alla lett. B*, acciocchè ognun vegga, se raccor se ne possa il nome di Trajano.

(b) Il Vignoli nella citata dissertazione della colonna della deificazione al cap.3. riferisce la figura d'una medaglia, nel cui dritto è impresso il capo d'Antonino co' raggi, ed è scritto: ANTONINUS. AVG. PIVS. P. P. COS. III e nel rovescio v'è una colonna coll' iscrizione: FELICITAS. AVG. S. C. Perciò suppone, che questa colonna rappresenti quella della deificazione, di cui si tratta; ed argumenta dal terzo consolato d' Antonino Pio, che gli fosse innalzata XV. o XX. anni prima della di lui morte; e che, morto Antonino, fossero incisi nel piedistallo i simboli della deificazione: purchè, com' e' dice, non sia contra le regole dell'architettura e della scultura, che il piedistallo fosse prima così grande, che poscia senza pregiudicarne la simmetria, sianvisi potuti fare i bassirilievi, e gl'intagli, che abbiam dimostrati. Ma non era questo il dubbio che si doveva proporre, ma bensì l'altro, cioè, se M. Aurelio e L. Vero abbian voluto parere d'aver essi innalzata questa colonna ad Antonino dopo ch'egli era morto, e far con ciò un'ingiuria al Senato, che glie l'aveva innalzata, mentr' era vivo; e s'eglino eran sì poveri, da non poterne provvedere un'altra.

M. AVRELIVS . IMP
ARMENIS . PARTHIS
GERMANISQVE . BELLO
MAXIMO . DEVICTIS
COLVMNAM . REBVS
GESTIS . INSIGNEM
IMP. ANTONINO . PIO
PATRI . DEDICAVIT

Sed quoniam eo quis facile confugerit, ut Marcum dumtaxat Aurelium idcirco dicat in eo nominatum, quod jam fortasse Verus obierat, mortuus enim hic est anno Imperii IX. *alter vero* XIX. *etsi hoc sine aperta ratione excogitatum, illud autem præter consuetudinem factum videri merito possit, utrumque tamen mitto non gravate: quæram enim potius, quid eos moverit, qui nuperam hanc epigraphem stylobatæ apposuerunt, ut columnam hanc Antonino a M. Aurelio positam arbitrarentur: nam, si id erat in veteri epigraphe, referri id ipsum in novam oportuit; fieri enim hoc ab omnibus solet, atque optimo quidem jure, ne cui suspicio sit, affictum aliquid esse ex ingenio, ac proinde veteribus monumentis fides detrahatur. At Bernardus Gamucius, qui, quid in veteri stylobata esset, diligenter potuit attendere, scripsit enim ante Sixtum V. Pontificem, ac proinde priusquam stylobates novis marmorum crustis integeretur, narrat, in uno ejus latere fuisse,* CONSECRATIO; *in altero, una cum scalpta Augusti cujusdam effigie,* DIVI . ANTONINI . AVG. PII . *quamquam columnæ hujus stylobates, a Gamucio descriptus, dissimillimus esse videatur ab ejus schemate, cujus ectypum ex Cavalerio, illius ætatis antiquario, in extremo capite rejecimus: qua tamen in re non immoror, utpote nulla aliorum auctoritate comprobata. Quare, ut ad Gamucium redeam, pauca, opinor, ea reliqua sunt ex veteri titulo; quem tamen paullo accuratius ab ipso describtum oportuit, si quid forte ex ejus forma, & ex literarum vestigiis conjici præterea posset; nec enim ex tam paucis nudisque verbis, cui posita columna sit, & a quo, suspicari possumus. Sed antequam de epigraphe dico, quid sentiam, quærendum videtur, cujusnam effigies ea sit, cui allatæ secundo loco voces adjectæ fuerant:* Non sane Antonini Pii, *inquit Gamucius*, ut multi opinati sunt, sed M. Aurelii, qui columnam hanc patri dedicavit. *Fuit hic etiam in ea sententia, qua plerique ferme omnes. Quo majorem ei fidem habendam arbitror, cum M. Aurelii imaginem eam esse tam affirmate contendat. Sed quo unquam tempore factum legimus, aut audivimus, ut qui mortuo monumentum statueret, in eo suam ipse imaginem vellet appositam? Est hoc quidem absonum. Sed alia præterea non desunt, ut ad epigraphem veniam, quæ in allato a Gamucio titulo reprehendi fortasse merito possunt, siquidem ita fuit, ut nobis proponitur, quod tamen esse non potest: quid enim sibi vult in uno stylobatæ latere ea vox,* CONSECRATIO, *quæ solitaria si sit, videtur præter morem adhibita? non enim veteres rem hujusmodi uno verbo transigebant; nec ea voce opus fuerat, ut innueretur quod oculi agnoscere per se ipsi possent. Scio, in postica nummorum parte eam vocem inveniri, & quidem solam; sed, quod in exteras etiam regiones venturi hi erant, apertius necesse fuit ostendere, quid ea nummi facies significaret, ne qua errandi facultas imperitis præberetur. Ea vero vocabula in altero latere,* DIVI . ANTONINI . AVGVSTI . PII, *solitariane & ipsa fuerunt, an cum aliis conjuncta? Si unum quid efficiunt cum altera voce,* CONSECRATIO, *quorsum tam remota inter se sunt, & abjuncta? Sin nihil præterea desideratur, & seorsum accipienda ea sunt; quænam sententia ex his eruitur, aut quem locum ibi habet M. Aurelii effigies? Satis oscitanter, quod superius innueram, hæc retulisse videtur Gamucius; præsertim cum in hoc titulo describendo sibi non omnino cohæreat: postquam enim dixit, legi in stylobata,* DIVI . ANTONINI . AVGVSTI . PII, *statim subdit*, vel, DIVO . ANTONINO . PIO: *idcirco, opinor, quod, cum de apotheosi agitur, hujusmodi nomina, ut subobscure innuit, tam in nummis, quam in scriptis marmoribus*

ribus

M. AVRELIVS . IMP
ARMENIS . PARTHIS
GERMANISQVE . BELLO
MAXIMO . DEVICTIS
COLVMNAM . REBVS
GESTIS . INSIGNEM
IMP. ANTONINO . PIO
PATRI . DEDICAVIT

Ma potendo taluno riſpondere, che v' è nominato ſolamente M. Aurelio, perchè Vero di quel tempo fors'era morto; giacchè queſti morì nell'anno IX. del ſuo Imperio, e quegli nell'anno XIX. avvegnachè queſta ſembrar poſſa una immaginazione ſenza una manifeſta ragione, e quella un' operazione fuor dell'uſato, nonpertanto ommetto ben volentieri e l'una, e l'altra coſa; cercando piuttoſto, per qual motivo coloro che hanno appoſta al piediſtallo queſta moderna iſcrizione, abbian creduto, che queſta colonna ſia ſtata eretta ad Antonino da M. Aurelio: giacchè, ſe così leggevaſi nell' iſcrizione antica, doveaſi riportar lo ſteſſo nella nuova, come ſuol farſi da ognuno, e con tutta ragione, per non dar da ſoſpettare, che vi ſiano ſtate poſte delle coſe a capriccio, ſicchè i monumenti antichi vengan a perdere il credito. Ma Bernardo Gamucci, che potè ben oſſervare ciò, che leggevaſi nell'antico piediſtallo, avendo ſcritto prima del Pontificato di Siſto V. e in conſeguenza, allor che il piediſtallo non era ſtato per anche incroſtato co' nuovi marmi; racconta, che da un lato v' era CONSECRATIO, e dall'altro, DIVI. ANTONINI. AVG. PII, con una figura d'Imperatore: ſebbene il piediſtallo di queſta colonna così deſcritto dal Gamucci, ſembra del tutto differente dal diſegno laſciatone dal Cavalieri antiquario di quel tempo, la cui copia è ſtata da noi riportata in fine di queſto capitolo: nel che però non mi trattengo, come coſa non provata con teſtimonianza di verun altro. Per il che ritornando al Gamucci, quegli, a mio credere, ſon pochi avanzi dell' antica iſcrizione, ch' egli dovea pur traſcrivere con un po' più d' eſattezza, ſe pur dalla forma di eſſa, e dalle veſtigie delle lettere poteva per avventura diſtinguerſi qualche coſa di più; imperocchè da sì poche e nude parole non poſſiam venire in cognizione di chi abbia innalzata la colonna, nè a chi ſia ſtata innalzata. Ma prima di dire il mio ſentimento intorno all' iſcrizione, ſembra doverſi cercare, di chi ſia la figura, a cui erano ſtate aggiunte le parole da noi riportate in ſecondo luogo: *Non era al certo d'Antonino Pio*, dice il Gamucci, *come molti han creduto, ma di M. Aurelio, che dedicò queſta colonna a ſuo padre*. Anch' egli fu dello ſteſſo parere di quaſi tutti gli altri. Pel qual motivo giudico, doverſegli tanto più preſtar fede, con quanto maggior ſicurezza egli aſſeriſce, ch' ell' è la figura di M. Aurelio. Ma in qual tempo mai ſi è letto, o udito, che chi ergeva un monumento ad un morto, aveſſe voluto, che vi ſi affiggeſſe la propria immagine? Queſta è certamente coſa, che non conviene. Ma vi ſon ancora altre coſe, per venire all' iſcrizione riferita dal Gamucci, le quali forſe meritano d'eſſer ripreſe, ſe pur ella fu quale ci vien propoſta; il che per altro non può eſſere: giacchè che coſa ſignifica da un lato del piediſtallo quella parola CONSECRATIO, la quale s'era ſola, ben ſi vede, che vi fu poſta fuor del conſueto? non eſprimendo gli antichi una sì fatta coſa con una ſola parola; nè v' era biſogno d'un tal vocabolo per dinotare ciò che gli occhj potevan diſcernere da per ſe ſteſſi. So, che queſta parola ſi trova ne' roveſcj delle medaglie, ed anche ſola; ma ſiccome queſte dovean correre anche fra le nazioni ſtraniere, così fu d'uopo lo ſpiegare con maggior chiarezza, che coſa ſignificaſſe il dritto di eſſe, per non dar occaſione agl' idioti di prender abbaglio. Quelle parole poi dall'altro lato, DIVI. ANTONINI. AVG. PII, furon anch'eſſe ſole, o pur congiunte con altre? Se formano un ſolo ſignificato colla voce CONSECRATIO, perchè ſon così lontane, e ſeparate fra loro? Se poi non vi manca cos'alcuna, e debbon prenderſi così diviſe, qual ſenſo ſe ne ricava, o che vi fa quella immagine di M. Aurelio? Ben ſi vede, come di ſopra ho accennato, che il Gamucci è ſtato molto negligente nel riferir tali coſe; molto più, ch' egli è vario nel traſcrivere queſta iſcrizione; imperocchè dopo aver detto, che nel piediſtallo ſi leggeva, DIVI. ANTONINI. AVG. PII, toſto ſoggiugne, *ovvero*, DIVO. ANTONINO. AVG. PIO; e ciò, per quel che m'immagino, perchè, trattandoſi di deificazione, egli avea veduto, come ne dà qualche ſentore, che tali nomi tanto nelle medaglie, quanto nelle lapidi ſon poſti nel terzo caſo. Per il che o le ultime

ribus dandi casu vidisset efferri. Igitur vel extritæ ultimæ earum vocum literæ fuerant, vel earumdem, si qua erant vestigia, non satis idem animadverterit. In his ambagibus, cum satis constet de M. Aurelii effigie, nec enim ea fugere oculos potuit, quemadmodum literæ non satis perspicuæ; ita vero imperitus habendus Gamucius non sit, ut qui in antiquitatis monumentis versaretur, Antoninum, & M. Aurelium vultu non internosceret: adducor, ut putem, scriptum quidem in stylobata fuisse, DIVI. ANTONINI. AVGVSTI. PII, *sed hac voce tamen adjecta,* FILIO: *ita ut tota epigraphe, quæ manca est, præsertim in initio, & sub finem, pertineat ad M. Aurelium, & ejus apotheosim; effigiem vero, seu protomem hujus Augusti aquilæ dorso alas explicantis insedisse, arbitror: ut factum videmus in nummis, scalptisque gemmis, & in marmoribus. Id mihi cum alia suadent, quæ dicta sunt, tum quod columnam hanc videam M. Aurelii rebus Marcomannico bello fortiter gestis insignem: cur enim, si Antonini fuit, non iis potius, quas idem gesserat per legatos? aut cui credibile videri poterit, M. Aurelium, præter alias virtutes, modestiæ quoque laude præstantem, ea in monumento, quod paternæ memoriæ poneret, scalpenda curasse, quibus ipse potius honestaretur, quam pater? Quod quidem mihi perinde videtur, ac si Senatus, cum columnam Trajano cochlidem decrevit, in ea, non quæ ille gesserat, sed quæ ante ipsum alii, scalpi voluisset. Quemadmodum igitur Trajano ordo Senatorius hunc honorem tribuit ob res in bello præclare gestas; his enim magis movebatur, quam reliquis Principum suorum virtutibus: ita videtur, M. Aurelio, ob bellicas laudes, & relatas de hostibus victorias, columnam item cochlidem, & priori illi persimilem statuisse. Quod vero Senatus eam erexerit, non autem Commodus M. Filius, ut aliqui suspicantur, colligitur ex Lampridio* (1), *qui ait:* Opera ejus (*Commodi*) præter lavacrum, quod Cleander nomine ipsius fecerat, nulla exstant. *His animadversis, parum me movet, quod scribit P. Victor* (2): Templum Divi Antonini cum columna cochlide, quæ est alta pedes CLXXV. habet gradus CCVI. & fenestellas LVI. *ratione enim testimonium niti, arbitror, oportere, cui quantum hæc adversatur, tantum auctoritatis eidem profecto detrahit. Sed, ne pluribus agendum mihi sit, ut huic loco respondeam, Cl. Vignolius facit, qui, cum hanc ipsam, pro qua modo disputo, sententiam tueatur, eam ait fuisse consuetudinem Victoris, & aliorum illius ætatis scriptorum, ut Antonini Pii nomine, reliquis omissis, æque pater ac filius appellaretur. Pausanias enim, ne eodem nomine patrem cum filio confunderet, ait* (3), Ἀντωνῖνος ὁ πρότερος, Ἀντωνῖνος ὁ δεύτερος; *Clemens Alexandrinus* (4), Antonini Senioris; *Divus Hieronymus* (5), Antoninum Secundum. *Itaque, cum obscure Victor, & indiscriminatim de utroque Antonino loquatur, ratio autem postulet, ut de M. Aurelio intelligendus sit; ita hunc locum explicari necesse est, ut rationi consentiat potius, quam inanibus vulgi sermonibus.*

XI. *Excitata etiam sunt M. Aurelio Antonino* (6) *templum, basilica* (7), *& arcus; quorum primum descriptum est* Tab. VII. part. 3. magnæ Ichnograph. Campi Martii, *prope septentrionalem frontem Septorum Juliorum* (a); *altera contra columnam cochli-*

(1) *In Commodo.* (2) *Reg. Urb IX.* (3) *In Arcad. cap.43.* (4) *Lib.7.* (5) *De Apollinar. Episc. Hieropol.* (6) *P. Vict. Reg. Urb. IX. Jul. Capitolin. in M. Aurelio.* (7) *P. Vict. ibid.*

(a) *Exstant adhuc hujus templi reliquiæ, quæ notantur* Tab. II. num. 27. & III. num. 47. *ostenduntur autem scenographice* Tab. XXXIV. & XXXV. *Duo quæri modo possunt: primum, utrum templi eæ sint, an basilicæ; alterum, si templi sunt, utrum templum hoc fuerit T. Ælii Antonini Pii patris, an M. Aurelii Antonini filii, cui a nobis adjudicatum est. Nonnulli idcirco putant, has reliquias esse basilicæ, quod cum P. Victor in catalog. ædific. Reg. IX. Urb. habeat:* Basilica Antoniniana, ubi est provinciarum memoria: *ita vero de iisdem Flaminius Vacca tradiderit in commentar. antiq. Romanarum:* Aream domus orphanorum, pater meus mihi dixit, ideo de petra appellatam esse, quod magna ex ejus solo eruta fuerit antiquorum marmorum copia. Ego etiam memini, nonnullos inde stylobatas fuisse erutos, in quibus trophæa, & provinciæ captivarum habitu scalptæ sunt. Mox ibidem alii effossi sunt iis similes, qui in Cimeliarchium Farnesianum sunt illati (*quæ scalpturæ hodie partim adfixæ sunt parietibus scalarum domus Ducis Odescalchi ad SS. XII. Apostolorum; partim sunt in vestibulo domus Farnesianæ; una vero in Capitolio in cavo ædium Triumviralium*); *hinc ita arguunt archæologi. Reliquiæ ædificii, de quo agimus, sunt ad aream petræ: atqui in eadem area inventæ sunt provinciæ, quæ erant in Basilica Antoniniana: ergo reliquiæ ædificii, de quo agimus, sunt basilicæ Antoninianæ. Ut huic argumento respondeam, dicam primum omnium, provincias, de quibus Vacca loquitur, in stylobatis scalptas esse, quorum forma & symmetria columnis relati ædificii, earumque spiris nullo modo respondet, ut inspicienti patet: deinde, columnas hasce antiquitus fuisse suffultas podio, seu basi perpetua, quæ sequioribus temporibus intercisa est, & redacta ad totidem stylobatas, quot sunt columnæ, ut ostendimus in* Tab. XXXIV. num. 2. *Id satis arguunt ipsorum stylobatarum lapides, quos columnarum spiris tam prave fuisse subditos, ratio architectonices credi non sinit; sed ita cæsos, ut in stylobatas mutarentur, suadet apparens relati podii rusticitas; tum provincias fuisse quidem inventas in area domus orphanorum, seu petræ, sed Flaminii Vaccæ ævo, multo magis latiore, quam nunc est, nondum ædificiis occupata, quibus ab orphanorum domo sejungitur. Cum igitur hæc fuerit latior, qua areæ parte provinciæ inventæ sunt? propiorene reliquiis ædificii, de quo agitur, an potius ubi nos basilicam Antoninianam describimus? Item, reliquias*

lettere di queste voci eran consumate, o, se ve ne rimaneva qualche vestigio, egli non seppe ben discernerlo. In queste dubbiezze essendo abbastanza nota l'effigie di M. Aurelio; giacchè questa non potea sfuggir dagli occhj, come pure le lettere non ben apparenti; molto più, che il Gamucci non era poi così ignorante, come quegli, che praticava fra' monumenti antichi, che non sapesse distinguer la faccia d'Antonino da quella di M. Aurelio: m' induco a credere, che nel piedistallo realmente fosse scritto, DIVI. ANTONINI. AVG. PII, ma però coll'aggiunta di questa parola FILIO; talchè tutta l'iscrizione, ch'è mutilata, spezialmente nel principio, e verso il fine appartenga a M. Aurelio, e alla di lui deificazione; e credo altresì, che l'effigie, o ritratto di questo Imperadore posasse sul dorso dell'aquila colle ale aperte, come veggiamo usato nelle medaglie, ne' cammei, e nelle lapidi. Di che son persuaso non meno dalle cose fin qui dette, che dal veder questa colonna fregiata delle prodezze fatte da M. Aurelio nella guerra Marcomannica: imperocchè, s'ella fu d'Antonino, perchè non adornarla piuttosto colle imprese da lui fatte per mezzo de' suoi legati? ovvero a chi mai parrà credibile, che M. Aurelio, il quale fra le altre sue virtù era altresì dotato d'una somma modestia, volesse che in un monumento da lui eretto alla paterna memoria, si scolpissero cose, che ridondassero piuttosto in onor proprio, che di suo padre? Il che a parer mio sarebbe l'istesso, che se il Senato, allor che decretò la colonna coclide a Trajano, avesse voluto, che vi si scolpissero, non le di lui geste, ma quelle degli altri prima di lui. In quella guisa adunque, che l'ordine Senatorio fece quest' onore a Trajano per le sue chiarissime imprese in guerra; imperocchè queste più lo stimolavano, che le altre virtù de' suoi Principi: nella stessa guisa sembra, ch'egli innalzasse a M. Aurelio una colonna parimente coclide, e del tutto simile all'altra, per le di lui azioni guerriere, e per le vittorie riportate de' nemici. Che poi fosse ella eretta dal Senato, e non da Comodo figliuolo di Marco, come alcuni han pensato, si raccoglie da Lampridio, che così dice [1]: *Di costui* (cioè di Comodo), *se si eccettua il bagno fatto in di lui nome da Cleandro, non si trova opera alcuna*. Dopo sì fatte considerazioni io non fo gran conto di ciò, che scrive P. Vittore [2]: *Il tempio del Divo Antonino colla colonna coclide, che ha* CLXXV. *piedi d'altezza*, CCVI. *gradi*, *e* LVI. *finestrelle*: giudicando io, che l'altrui testimonianza appoggiar si debba alla ragione, a cui quanto quella si oppone, tanto meno senza dubbio ella ha di peso. Ma il chiariss. Vignoli mi dispensa dal fare ulteriori parole per rispondere a questa obbiezione; il quale, difendendo anch' egli lo stesso mio sentimento, dic'essere stato costume di Vittore, e di altri scrittori di que' tempi, di chiamare collo stesso nome d'Antonino Pio, senz'altra aggiunta, tanto il padre, che il figlio. Perocchè Pausania, per non confondere padre e figlio col nome medesimo, dice [3]: *Antonino Primo*, *Antonino Secondo*; Clemente Alessandrino [4], *d'Antonino Seniore*; S. Girolamo [5], *Antonino Secondo*. Per il che, parlando Vittore oscuramente, e senza distinzione dell'uno e dell'altro Antonino, e volendo la ragione, che debba intendersi di M. Aurelio; egli è necessario, che questo passo si spieghi in modo, che sia uniforme piuttosto alla ragione, che a' discorsi vani del volgo.

XI. Furon altresì innalzati a M. Aurelio Antonino il tempio [6], la basilica [7], e l'arco; il primo de' quali si è descritto nella *Tavola VII. o sia part.3. della grande Icnografia del Campo Marzio*, presso la facciata settentrionale de' Septi Giulj [a]; l' altra incontro la colonna coclide;

(1) In Commodo. (2) Nella Reg.IX. di Roma. (3) Dell'Arcad. al cap.43. (4) Nel lib.7. (5) D'Apollinar. Vesc. di Georopol. (6) P. Vitt. nella Reg. IX. di Roma. (7) P. Vitt. nello stesso luogo.

(a) Vi rimangono per anche gli avanzi di questo tempio, che si dinotano nella *Tav.II. col num.*27. e nella *III. col. num.* 47. e si dimostrano in prospettiva nella *Tav. XXXIV. e XXXV.* Qui due cose possono ricercarsi: in primo luogo, se siano d'un tempio, o d'una basilica; di poi, se sono d'un tempio, vedere, se questo tempio sia stato di T. Elio Antonino Pio padre, o di M. Aurelio Antonino figlio, cui l'abbiamo attribuito. Il perchè pensano alcuni, che questi avanzi siano d'una basilica per questo, che scrivendo P. Vittore nel catalogo degli edifizj della Reg. IX. di Roma: *La basilica Antoniniana, ov'è la memoria delle provincie*, ed avendo trattato di esse Flaminio Vacca nel Comentario delle antichità Romane nel modo seguente: *La piazza della casa degli orfanelli, mi disse mio padre, che si chiama di pietra, perchè vi fu scavata una gran quantità di marmi antichi. Anch' io mi ricordo, che vi furono scavati alcuni piedistalli, ne' quali sono scolpiti trofei, e provincie in abito di prigioniere. Poco fa ne sono stati scavati altri simili a quegli, i quali sono stati trasferiti nel Museo di Farnese* (le quali sculture oggidì parte sono state affisse alle pareti delle scale del palazzo del Duca Odescalchi a' SS. Apostoli; parte sono nel vestibolo del palazzo Farnese; ed una se ne vede in Campidoglio nel cortile del palazzo de' Conservarori di Roma): quindi così la discorrono gli antiquarj. Gli avanzi dell' edifizio di cui si tratta, sono alla piazza di pietra, ma nella stess'aja sono state rinvenute le provincie ch'erano nella basilica Antoniniana: dunque gli avanzi dell'edifizio di cui si tratta, sono della basilica Antoniniana. Per rispondere a quest'argomento, dirò prima d'ogni altra cosa, che le provincie delle quali parla il Vacca, sono scolpite in piedistalli, la cui forma e proporzione in niuna maniera corrisponde alle colonne e basi del riferito edifizio, come ognun può vedere: in secondo luogo, che queste colonne posavano anticamente sopra un poggio, o base ricorrente, ch'è stata interrotta ne' tempi bassi, e ridotta a tanti piedistalli, quante son le colonne, come facciam vedere nella *Tav. XXXIV. al num.* 2. Ciò ben si conosce dalle pietre de' piedistalli medesimi, che, secondo le regole dell'architettura, non può credersi, che fossero state poste così male sotto le basi delle colonne; ma che rimanessero così tagliate; allor che furon ridotte a guisa di piedistalli, ce lo persuade la rozzezza apparente del riferito poggio: in terzo luogo, che le provincie furon ritrovate sì nella piazza della casa degli orfanelli, o sia di Pietra, ma che a' tempi di Flaminio Vacca era molto più larga di quel che sia al presente, ed allora non ingombrata da' casamenti che or la separano dalla casa degli orfanelli. Or essendo questa piazza stata più larga; in qual parte di essa son elleno state ritrovate codeste provincie? in quella più vicina agli avanzi dell' edifizio di cui si tratta, o piuttosto dove noi abbiam descritta la basilica Antoniniana? In quarto luogo, che gli avanzi dell' edifizio, di cui si tratta, non possano appartenere ad una basilica, ma che siano d'un tempio pseudo-

cochlicem [a]; tertius inter Septa Trigaria, & obeliscum gnomonicum [b], decretus a Senatu ob triumphum, quem egit Marcus de Orientalibus Avidii Cassii tyrannidem sequutis [1]. Alius præterea arcus Marco, & Vero fratri erectus est [2], quem in eadem Tabula VII. prope Diribitorium, & porticum Septorum Juliorum posuimus [c]. Hunc Senatus utrique decrevit ob Marcomannos a Marco, Parthosque a Vero bello victos.

XII. Pertinace imperante, instituta sunt in Campo Martio, inter Septa Julia, & Portam Catulariam, castra militum, quæ Gentiana [3] dicta sunt, ut inscripsimus in Tab. VII. a C. Epidio Rufo Gentiano, viro Consulari, cujus meminere Julius Capitolinus [4], Digesta [5], & hæc inscriptio a Nardino [6] relata:

C. EPIDIO . L. F. POL. RVFO
LOLLIAN. GENTIANO . AVGVRI . COS. PROCOS. PROV. ASIAE
LEG. LEG. PR. PR. PROV. LVGDVNENSIS . COMITI . IMPP. SEVERI
ET . ANTONINI . AVGG. LEG. LEG. XX

XIII. Severo Alexandro Principe, exstructus est in Campo Martio Circus, a Sex. Rufo, ac P. Victore [7], hujus Cæsaris nomine appellatus, quem descripsimus in eadem Tab. VII. [d]. Putant nonnulli, Circum hunc Agonalem fuisse dictum, corruptoque deinde cognomine, Navonium, quo loco celebre modo est Urbis forum Circo substitutum. De eo hæc habet sane inania nuperum Festi supplementum [8]: Agonium ob hoc ludum dixere, quia locus, in quo ludi primo facti sunt, fuerit sine angulo; cujus festa Agonalia dicebantur. *Item*: Agonium putabant Deum præsidentem rebus agendis; Agonalia, ejus festivitatem. Prope hunc Circum Alexander magnifice habitavit; cujus domus meminit Sex. Rufus [9]: Domus [e], & Circus Alexandri Pii Imperatoris. Præterea, ut Lampridius ait [10], thermas nominis sui, juxta eas, quæ Neronianæ fuerunt, instituit [f], anno sui imperii v. ab Urbe autem condita DCCCCLXXIX, Albino, & Æmiliano Cos. aqua (scilicet aquæ Virginis parte) inducta, quæ Alexandrina dicta est [g]. Nemus thermis suis de privatis ædibus suis, quas

(1) Jul. Capitolin. in M. Antonino, Volcat. Gallican. in Avid. Cassio. (2) Sex. Ruf. & P. Vict. Reg. VII. Urb. (3) Idem ibid. (4) In Pertinace (5) De iis, qui not. infam. leg. 2. §. 1. (6) Lib. 4. cap. 10. in fin. (7) Reg. IX. Urbis. (8) Lit. A. (9) Reg. IX. Urbis. (10) In Alexand. Severo.

reliquias ædificii, de quo agimus, ad basilicam pertinere non posse, sed ædis pseudodipteri esse, monemur ex earum conformatione. Novit hoc & celebris Andreas Palladius, qui lib. 4. de architectura ichnographiam templi hujus exhibet ei prorsus similem, quam nos in relata Tab. VII. descripsimus. Pseudodipteros autem, ait Vitruvius lib. 3. cap. 1. sic collocatur, ut in fronte & postico sint columnæ octonæ; in lateribus cum angularibus quindenæ. Columnæ templi, de quo agimus, laterales sunt, & undenæ; reliquas quatuor periisse, suadet epistylium, ac zophorus, quæ duo ab occidente, sive e regione, qua in Tab. XXXV. columna cochlis descripta est, non amplius flectuntur, sed trunca sunt. Quod pertinet ad quæstionem, an templum hoc T. Ælii Antonini patris fuerit, an M. Aurelii Antonini filii, cum P. Victor in catalogo ædif. Reg. IX. scripserit, Templum Divi Antonini cum columna cochlide; probent autem rationes superius allatæ, columnam hanc ad M. Aurelium spectasse: sequitur, ut ad hunc spectet & templum.

(a) Locum hujus basilicæ satis ostendunt ea, quæ superius de templo diximus.

(b) Arcus hic, quem Portugalliæ ob ædibus Legatorum Lusitaniæ vulgus appellabat, stetit usque ad annum MDCLXII. quo Alexandri VII. Pont. Max. jussu destructus est, ut ampliaretur hippodromus; quod monet lapis ibidem appositus. Arcum hunc in topographia Tabulæ III. eodem loco notavimus num. 29. Ne autem ejus memoria penitus excideret, schema, priusquam destrueretur, descriptum fuit, quod ex archetypis retulimus Tab. XXXVI. anaglyphi vero, qui in eadem Tabula notantur litt. A, & B, in museum Capitolinum invecti. Temporum tamen injuria adeo corruptus arcus hic erat, ut, cui fuerit olim erectus, archæologi nondum satis perspexerint. Hinc variæ, ut fit in rebus dubiis, multiplicesque sententiæ, a Severolio relatæ in dissert. de eodem arcu Romæ edita anno MDCCXLII. & libello, qui prodiit sub titulo: Saggi di dissertazioni Accademiche, lette nell' Accademia di Cortona. Quidam enim rati sunt, eum fuisse Drusi, alii Domitiani, nonnulli Philippi; nec defuerunt qui suspicarentur, arcum aliquem ductus aquæ Virginis fuisse, quorum opiniones, quæ sua ætate percrebuerunt, merito refellit Nardinus lib. 6. cap. 9. ut M. Aurelii fuisse arcum ostenderet. Hunc nos in relatis Tabulis sequuti sumus, æque ac Severolium, qui idem sentit; putat tamen, eum Marci fuisse cum Vero; quod, cum in anaglypho, notato eadem Tab. XXXVI. litt. A, viri duo barbati inspiciantur, & quidem, ut ait, uterque pro tribunali, quo Imperatoria dignitas significaretur, anterior qui est, Marcum esse velit, posteriorem autem Verum. Abstinebo heic referre quæ contra hanc Severolii opinionem scripta sunt; pauca tantum de meo addam. Quorum primum est, duorum virorum vultus, qui fuere restituti, adeo corruptos olim fuisse, ut, qui jam essent, ex eorum forma dignosci non posset. Alterum, posteriorem virum extra tribunal esse (patet id omnibus in Capitolium euntibus, quo anaglyphi translati sunt). Tertium, cum anaglyphus notatus litt. A, Faustinæ junioris consecrationem, ipsius Severolii sententia, repræsentet; quid consecrationi huic commune est cum bello Marcomannico, quod Marcus gessit, aut cum Parthico, quod gessit Verus? Hæc quidem mulier relata inter Deos est, sed post Veri mortem. Præterea arcus Marci & Veri a Sex. Rufo, & P. Victore in Reg. VII. descriptus est. Contra arcus, de quo agimus, erat in Regione IX. ubi hi topographi arcum unius Marci descripserunt. Arguit id proximum amphitheatrum Statilii Tauri, obeliscus gnomonicus, aliaque circa monumenta ab ipsis Rufo, & Victore in hac Regione relata. Constat igitur, arcum hunc Marco tantum fuisse erectum ob extinctam Avidii Cassii tyrannidem.

(c) Cum arcus hic a Sex. Rufo, ut supra adnotavimus, in Regione VII. descriptus fuerit, rati sumus, fuisse in ea regionis hujus parte, qua patebat Campus Martius, scilicet inter Diribitorium, ac porticum Septorum Juliorum. Quis enim in prærupto clivi Quirinalis, qua extendebatur hæc regio, descripsisset?

(d) Exstant adhuc hujus Circi rudera, quæ notantur Tab. II. num. 24. & III. num. 43. Ea autem, quæ sunt in hypogeis templi Divæ Agnetis ad Forum Navonium, ostenduntur scenographice Tab. XXXVII. Multa alia vel egesta, vel novis ædificiis circa Forum exstructis obruta sunt, quorum meminit Nardinus lib. 6. cap. 5. ubi ait: Amplitudo magni Fori, quod Navonium appellant, servat adhuc formam spatii antiqui Circi, cujus vestigia Fulvius, ac Marlianus se vidisse testantur. Nos vero nonnullas ejus pilas vidimus, cum fundamenta templi Divæ Agnetis egererentur. Nonnulli etiam Circi hujus lapides multis abhinc annis e ruderibus eruti sunt; e quibus anticum novæ ædis Divi Nicolai Nationis Lotharingiæ exstructum est. Multas alias adhuc, audivimus, existere hujus Circi reliquias obrutas novis domibus, apothecis, ac cellis vinariis, præsertim quæ aream, quam Madamæ vocant, versus sunt exporrectæ, secus idem forum exstructis.

(e) Nardinus lib. 6. cap. 5. opinatur, domum hanc eamdem fuisse, quam Alexander, ut ait Lampridius, emerat, ac diruperat, ut de ea nemus thermis suis faceret. At, si ita fuisset, quonam modo Sex. Rufus domum, centum & amplius annis ante diruptam, inter ædificia suo ævo in Reg. IX. Urbis existentia recensuisset?

(f) Ea vide quæ superius art. III. de thermis Neronianis disseruimus.

(g) Lampridius vero ait: Aqua inducta, quæ Alexandrina nunc dicitur. Ergo non prius, quam Lampridii ævo, aqua hæc Alexandrina dicta est; cum aquæ ab earum usu potius, quam ab auctoribus, & ætatibus, quæ jam e memoria vulgi dilabi cœperant, nominarentur. Ergo aqua hæc non fuit nova, sed alicujus ex veteribus pars, ab Alexandro in thermas sui nominis inducta. At cujus pars? Virginis fuisse, suadet maxima hujus vis, quæ prope easdem thermas erogabatur.

de [a]; ed il terzo fra' Septi Trigarj, e l'obelisco gnomonico [b], decretato dal Senato a Marco in memoria del trionfo, ch' ei fece degli orientali fautori della tirannia d'Avidio Cassio [1]. Un altro arco fu eziandio innalzato a Marco, ed a Vero suo fratello [2], che nella stessa *Tav.VII.* abbiam posto fra il Diribitorio, e 'l portico de' Septi Giulj [c]. Questo fu dal Senato decretato ad ambedue, a Marco per avere sconfitti i Marcomanni, ed a Vero per la vittoria riportata de' Parti.

XII. Sotto l'imperio di Pertinace furono stabiliti nel Campo Marzio fra i Septi Giulj, e la porta Catularia i quartieri de' soldati, che furon detti Genziani [3], come abbiam notato nella *Tav.VII.* da C. Epidio Rufo Genziano, uomo Consolare, di cui fanno menzione Giulio Capitolino [4], i Digesti [5], e la seguente iscrizione riferita dal Nardini [6]:

C. EPIDIO. L. F. POL. RVFO
LOLLIAN. GENTIANO. AVGVRI. COS. PROCOS. PROV. ASIAE
LEG. LEG. PR. PR. PROV. LVGDVNENSIS. COMITI. IMPP. SEVERI
ET. ANTONINI. AVGG. LEG. LEG. XX.

XIII. A' tempi dell' Imp. Alessandro Severo fu fabbricato nel Campo Marzio il Circo, che P. Vittore, e Sesto Rufo [7] chiamano col nome di questo Cesare, e che noi abbiam descritto nella stessa *Tav.VII.* [d]. Pensano alcuni, che questo Circo sia stato detto Agonale, e che poscia abbia degenerato in quel di Navona, ove oggidì è la celebre piazza di Roma succeduta in luogo del Circo. Nel nuovo supplimento di Festo si leggono di esso le seguenti frivole allusioni [8]: *Il giuoco Agonio fu così detto, perchè il luogo in cui furon fatti la prima volta i giuochi, era senz' angolo: le cui feste dicevansi Agonali.* Come pure: *Pensavano, che Agonio fosse il Dio, che presedeva agli affari, e gli Agonali fossero la di lui festa.* Ebbe Alessandro un'abitazione magnifica appo questo Circo, della quale fa menzione Sesto Rufo [9]: *La casa, e 'l Circo dell'Imp. Alessandro Pio* [e]. Fece altresì egli, come dice Lampridio [10] *le terme del suo nome presso le altre, che furono di Nerone* [f], nell'anno v. del suo imperio, che fu il DCCCCLXXIX. di Roma, sotto il Consolato d'Albino, e d'Emiliano; *avendovi introdotta l'acqua,* (cioè una parte dell'acqua Vergine), *che fu chiamata Alessandrina* [g]. *Fece il bosco per le sue terme coll' abbattere le sue*

Q case

(1) Giul. Capitolin. in M. Antonino, Volcaz. Gallican. in Avidio Cassio. (2) Sest. Rufo, e P. Vitt. nella Reg. VII. di Roma. (3) Nel luog. cit. (4) In Pertinace. (5) De iis, qui not. infam. leg. 2. §. 1. (6) Nel lib. 4. al cap. 10. in fin. (7) Nella Reg. IX. di Roma. (8) Alla lett. A. (9) Nella Reg. IX. di Roma. (10) In Alexand. Severo.

pseudodiptero, ce lo mostra la conformità che hanno con questo. Se ne accorse anche il celebre Andrea Palladio, il quale nel lib. 4. dell' architettura ne dà una pianta del tutto simile alla nostra, che abbiam descritta nella riferita *Tav. VII. Il pseudodiptero poi*, dice Vitruvio nel lib. 3. al cap. 1. *si dispone in maniera, che vi siano otto colonne nella facciata e nel di retro, e quindici da' fianchi, compresevi le angolari.* Le colonne del tempio di cui si tratta, son quelle di fianco, e sole undici; che le restanti quattro siano andate in rovina, ce ne persuadono l'architrave ed il fregio, i quali due membri da occidente, o dirimpetto al sito, ove nella *Tav. XXXV.* abbiam delineato la colonna coclide, non voltan più, ma son tronchi. Quanto poi alla quistione, se questo tempio sia stato di T. Elio Antonino padre, o di M. Aurelio Antonino figlio, siccome P. Vittore nel catalogo degli edifizj della Regione IX. ha scritto: *Il tempio del Divo Antonino colla colonna coclide*: e le ragioni di sopra riferite provano altresì, che questa colonna è appartenuta a M. Aurelio; così ne segue, che al medesimo spetti anche il tempio.

(a) Da ciò che di sopra abbiam riferito intorno al tempio, si viene abbastanza in cognizione del sito di questa basilica.

(b) Quest'arco che chiamavasi volgarmente di Portogallo dalla residenza degli Ambasciadori di quel regno, stette in piedi fino all'anno MDCLXII. che fu distrutto per ordine del Sommo Pontefice Alessandro VII. per ampliare la via del corso, come leggesi nella lapida ivi posta. Nello stesso luogo lo abbiam dinotato nella topografia della *Tav. III. col num. 29.* Perchè poi non se ne perdesse affatto la memoria, prima di distruggerlo, ne fu fatto il disegno, dal cui originale abbiam ritratto quello che si riporta nella *Tav. XXXVI.* I bassirilievi poi accennati nella stessa *Tav. colle lett. A, e B*, furon trasportati nel Museo Capitolino. Era per altro quest'arco stato così maltrattato dalle ingiurie de' tempi, che gli antiquarj non hanno per anche ben saputo, a chi fosse stato una volta innalzato. Quindi insorsero, come suole avvenire ove si tratta di cose dubbie, molti varj pareri, riferiti dal Severoli nella dissertazione sopra lo stesso arco, stampata in Roma nel 1742. e nel libretto che uscì sotto il titolo: *Saggi di Dissertazioni Accademiche, lette nell' Accademia di Cortona.* Imperocchè alcuni pensarono, che fosse di Druso, altri di Domiziano, e taluni di Filippo; nè mancaron di quei che sospettavano, che questo fosse uno degli archi del condotto dell' acqua Vergine; l'opinioni de' quali, essendo a' tempi del Nardini molto divulgate, furon da lui meritamente ribattute nel lib. 6. al cap. 9. affine di dimostrare, che l'arco era di M. Aurelio. A questa ci siamo attenuti nelle *Tavole* di sopra riferite, ed altresì al Severoli, il qual è dello stesso parere; ma crede, che sia stato di Marco insieme, e di Vero, perchè, vedendosi nel bassorilievo dinotato nella stessa *Tav. XXXVI. lett. A*, due uomini barbati, e montati, com' egli dice, in tribunale per segno della Imperiale dignità, quegli che sta dinanzi, vuol, che sia Marco, e Vero quegli che gli sta dietro. Non serve il riferir qui quel ch'è stato scritto contra questa opinione del Severoli; v'aggiugnerò soltanto alcune cose del mio. La prima, che le facce de' detti due uomini, state già risarcite, eran una volta così guaste, che dalla lor forma non potevasi riconoscere di chi fossero. La seconda, che l'uomo addietro sta fuori del tribunale (come può vedere ognuno che va in Campidoglio, ove sono stati trasferiti i bassirilievi). La terza, che rappresentando il bassorilievo dinotato colla *lett. A*, anche a giudizio del medesimo Severoli la consagrazione di Faustina giuniore; qual coerenza ha ella, questa consagrazione, colla guerra Marcomannica fatta da Marco, o colla Partica fatta da Vero? Fu ben questa donna annoverata fra gli Dei, ma dopo la morte di Vero. Di più Sesto Rufo e P. Vittore descrivono l'arco di Marco e Vero nella Reg. VII. All'incontro l'arco di cui si tratta, era nella Regione IX. dove questi descrittori de' luoghi han descritto l'arco del solo Marco. Ne sono un indizio il vicino anfiteatro di Statilio Tauro, l'obelisco gnomonico, ed altri monumenti di lì intorno, riferiti in questa Regione da' medesimi Rufo e Vittore. Egli è dunque certo, che quest' arco fu innalzato al solo Marco, per aver estinta la tirannia d'Avidio Cassio.

(c) Essendo quest'arco stato descritto nella Regione VII. da Sesto Rufo, come di sopra si è accennato, abbiam supposto, essere stato in quella parte di questa Regione, dove il Campo Marzio non era ingombrato, cioè fra il Diribitorio, e 'l portico de' Septi Giulj. Imperocchè chi mai l'avrebbe delineato nello scosceso del monte Quirinale, ov'estendevasi questa Regione?

(d) Vi restano per anche gli avanzi di questo Circo, che si dinotano nella *Tav. II. col num. 24. e nella III. col num. 43.* Quegli poi che rimangono ne' sotterranei della Chiesa di S. Agnese in piazza Navona, si dimostrano in prospettiva nella *Tav. XXXVII.* Molti altri o sono stati scavati, o restano sotto gli edifizj fabbricati dintorno alla piazza, de' quali fa menzione il Nardini nel lib. 6. al cap. V. ove dice: *Il vano della gran piazza detta Navona serba ancor la forma dello spazio d'un Circo antico, del quale aver durato i residui fino al tempo del Fulvio e del Marliano, ne fanno eglino testimonianza di vista; ed io nel cavare che s'è fatto de' fondamenti della nuova Chiesa di S. Agnese, ne ho veduti alcuni pilastri. Così molti anni sono fabbricandosi la Chiesa di S. Niccolò de' Lorenesi, vi furon trovati altri travertini del medesimo Circo; i quali servirono per la facciata di quella; ed intendo, che sotto molte botteghe nelle cantine, come sotto le case che sporgono verso piazza Madama lungo lo stesso foro, molti altri residui vi si trovino.*

(e) E' d'opinione il Nardini nel lib. 6. al cap. 5. che questa casa sia stata quella stessa, che Alessandro, come dice Lampridio, avea comprata e distrutta per farvi un bosco per le sue terme. Ma, se fosse stato così, come mai Sesto Ruffo, cento e più anni dopo che questa casa era stata rovinata, avrebbe potuto annoverarla fra gli edifizj esistenti a tempo suo nella Regione IX. di Roma.

(f) Vedasi ciò che abbiam detto di sopra all' art. III. intorno alle terme Neroniane.

(g) Lampridio per altro dice: *Avendovi introdotta l'acqua che or chiamasi Alessandrina.* Dunque quest'acqua non è stata chiamata Alessandrina, se non se a' tempi di Lampridio, allor che le acque prendevan piuttosto nome dall'uso che se ne faceva, che dagli autori e da que' tempi, che ormai incominciavano ad essere in dimenticanza presso il volgo. Dunque questa non fu un' acqua nuova, ma una parte di qualcuna delle antiche introdotta da Alessandro nelle terme del suo nome. Ma parte di quale? Che sia stata della Vergine, ne siam persuasi dalla gran quantità che di essa si dispensava presso le medesime terme.

quas emerat, diruptis ædificiis, fecit (*quæ omnia in eadem* Tab. VII. *descripta sunt*): Artium vectigal pulcherrimum instituit; ex eoque jussit thermas & quas ipse fundaverat, & superiores (*scilicet aliorum*), populi usibus exhiberi: silvas etiam in thermis publicis deputavit. Addidit & oleum luminibus thermarum, cum antea non ante auroram paterent, & ante Solis occasum clauderentur. *Verumtamen Tacitus Imperator, rursus, ut ait Vopiscus* [1], thermas omnes ante lucem claudi jussit, ne quid per noctem seditionis oriretur.

XIV. *Idem Alexander, ut refert Lampridius* [2], *horrea in omnibus Regionibus publica fecit, ad quæ conferrent bona hi, qui privatas custodias non haberent, & pignora debitorum, ut tradunt Jureconsulti Paullus* [3], *& Labeo* [4], *proditque lex* VIII. *Cod. de pignorat. act.* Cum igitur adseveres in horreis pignora deposita, consequens est, secundum jus perpetuum, pignoribus debitori pereuntibus, si tamen in horreis, quibus & alii solebant publice uti, deposita sint, personalem actionem debiti reposcendi causa integram te habere. *Hæc igitur horrea etiam in Campo Martio fuisse, qui in duas Regiones VII. & IX. descriptus jam fuerat, apparet ex superioribus Lampridii verbis. Cum autem, quo Campi loco fuerint, nemo ex veteribus scriptoribus doceat, libuit ea inter templum Minervæ, & porticum Septorum Juliorum describere.*

XV. *Nullum in Campo Martio opus excitatum invenimus ab obitu Alexandri usque ad Aurelianum, præter Gordiani Junioris arcum, quem a Sex. Rufo, ac P. Victore in Regione VII. Urbis recensitum, nos inter Septa, eorumque porticum in eadem* Tab. VII. *posuimus* [a]. *Saporem Persarum Regem hic Augustus bello maximo vicerat* [5]. *Antiochiam, Carras, & Nisibin, quæ omnia post Artaxersem sub Persarum imperio erant, receperat. Senatus ob id quadrigas elephantorum decreverat, ut de Persis triumpharet; sed, cum a Philippo Arabe in oriente interemptus fuisset, triumphi loco, arcus a Senatu erectus ei est.*

XVI. *Aurelianus vero, ut ait Vopiscus* [6], Soli templum *in Campo Martio* posuit, majore honorificentia consecratum, quod, orientis victor, hostili præda ditavit, ornavitque. Tum illæ vestes, quas in templo Solis videmus, consertæ gemmis; tum Persici dracones, & thiaræ; tum genus purpuræ, quod postea nec ulla gens detulit, nec Romanus orbis vidit. *Huic templo, quod a nobis* Tab. VII. *prope arcus ductus aquæ Virginis ad latus septentrionale Septorum Juliorum descriptum est* [b], *circumdatæ fuere porticus, in quibus, ut prosequitur idem Vopiscus*, fiscalia vina *posita sunt*, non gratuita populo eroganda, sed pretio.

XVII. *Anno Urbis* MXXIII. *Aureliano Augusto II. & Cejonio Vibio Basso Cos. idem Aurelianus, sublatis tyrannis, qui plures, Gallieno præsertim Principe, Imperium labefactaverant, cum prævideret tamen, non defuturos in posterum nefarios homines, qui eadem molirentur, ut & civium Romanorum, & Urbis, quæ late extra pomœrium excreverat, incolumitati consuleret, eamdem, ejusque additamenta,* adhibito, *ut ait Vopiscus* [7], consilio Senatus, *amplissimo murorum ambitu complecti aggressus est.* Nec tamen pomœrio addidit, *ut prosequitur idem Vopiscus*, sed postea;

(1) *In Tacito.* (2) *Ibidem.* (3) *In leg. Nam salutem §. Effracturæ, ff. de offic. Præf. Vigil.* (4) *In leg. Cum plures §. Locantur ff. Locati.* (5) *Jul. Capitolin. in Gordianis tribus.* (6) *In ejus vita.* (7) *Id. ibidem.*

(a) *Cum arcus hic in Regione VII. describi debuerit, eadem animadvertimus, quæ art. XI. de Marci & Veri arcu differuimus.*

(b) *Quod ad locum templi hujus attinet, docemur a Sex. Rufo, & P. Victore, in Regione VII. Urbis id fuisse. Præterea ait Vopiscus in Aureliano:* Quum *Junii Tiberiani Præf. Urb.* animus a caussis, atque negotiis publicis solutus ac liber vacaret, sermonem multum a Palatio usque ad hortos Valerianos instituit, & in ipso præcipue de vita Principum. Cumque ad templum Solis venissemus ab Aureliano Principe consecratum, quod ipse nonnihilum ex ejus origine sanguinem duceret, quæsivit a me, quis vitam ejus in literis retulisset. *Liquet ex his verbis, hortos Valerianos præter Regionem VII. fuisse; Vopiscus enim a Palatio usque ad hos hortos iter agens, Solis templum in Regione VII. a Sex. Rufo, & P. Victore prædictis descriptum, pertransiit. Fines ejus, ut descripsimus in* Tab. XXXVIII. Tomi I. Antiquit. Roman. *erant a Porta Catularia secus porticum Septorum Juliorum, & ultra arcus ductus aquæ Virginis ad monumentum Claudii, ipsis arcubus, ut Cap. V. art. III. & IX. retulimus, adpositum; tum ad Constantini porticum, ultraque Capitolium Vetus perducti, Ludo Floræ exclusa, ad mœnia Urbis revertebantur. Ergo horti Valeriani erant in collibus hortorum, ut videre est* Tab. VIII. *Hoc posito, Vopiscus a Palatio pergens ad hortorum colles, vel Carmentali porta egressus est, quæ* Tab. VII. *prope theatrum Marcelli describitur, vel Catularia, quæ ponitur in eadem* Tabula *prope latus meridionale Septorum Juliorum, & Regionem VII. pertransiit. Atqui in Regione hac prætereunda occurrebat Via Lata, utrinque usque ad novum arcum vel Septis Juliis, vel horum porticibus seclusa. Post novum arcum euntibus ad hortorum colles nullum in Regione hac patens spatium occurrebat, nisi illud, in quo templum Solis descripsimus.*

case private da lui comprate (le quali cose son tutte dinotate nella stessa *Tav. VII.*) *Impose un dazio lodevolissimo sopra i mestieri, col cui ritratto comandò, che si tenessero aperte ad uso del popolo non meno le terme da se fatte, che le precedenti* (cioè fatte da altri). *Assegnò altresì le macchie di legna per le terme pubbliche. Diede di più l'olio pe' lumi delle terme, poichè per l'addietro non si aprivano prima dell'alba, e si chiudevano prima del tramontar del Sole*. Nulladimeno l'Imperador Tacito, al dir di Vopisco [1], *ordinò di bel nuovo, che tutte le terme prima dell'alba stessero chiuse, perchè di notte non avesse a nascere qualche sedizione.*

XIV. Lo stesso Alessandro, come riferisce Lampridio [2], fece de' pubblici magazzini in tutte le Regioni, perchè vi riponessero le proprie masserizie coloro che non aveano ripostigli privati, ed anche i pegni de' debitori; come riferiscono i Giureconsulti Paolo [3], e Labeone [4], e come dimostra la legge VIII. del Cod. de pignorat. act. *Asserendo adunque tu, che i pegni sono stati depositati ne' magazzini, ne segue, che secondo il diritto perpetuo tu abbia l'intera personale azione per ridomandare ciò, che t' è dovuto: giacchè i pegni periscono al debitore, quando però siano stati depositati ne' magazzini, de' quali altri ancora solevan pubblicamente servirsi.* Si ravvisa per tanto dalle sopra riferite parole di Lampridio, che questi magazzini furon fatti anche nel Campo Marzio, che già era stato diviso in due Regioni VII. e IX. Ma siccome fra gli antichi scrittori niuno addita in qual parte del Campo stati siano, così si è pensato di delinearli fra il tempio di Minerva, e 'l portico de' Septi Giulj.

XV. Non troviamo, che dalla morte d'Alessandro fino ad Aureliano sia stata fatta nel Campo Marzio altra opera, che l'arco di Gordiano Giuniore; il quale essendo stato da Sesto Rufo, e P. Vittore, annoverato nella Regione VII. di Roma, noi l'abbiam posto nella stessa *Tavola VII.* fra i Septi, e 'l loro portico [a]. Quest' Imperadore avea vinto Sapore Re di Persia in una crudelissima guerra [5], e ricuperato Antiochia, Carra, e Nisibi, luoghi tutti, che sin dalla morte d'Artaserse eran rimasi sotto l'imperio de' Persiani. Gli aveva perciò il Senato decretato le quadrighe degli elefanti per celebrare il trionfo de' Persiani; ma essendo stato ucciso in oriente da Filippo l'Arabo, in vece del trionfo, il Senato gli eresse l'arco.

XVI. Aureliano poi, come dice Vopisco [6], *edificò* nel Campo Marzio *il tempio del Sole, consagrato con tanto più di pompa, perchè essendo egli allora vincitor dell' oriente, lo arricchì, e adornò colle spoglie nimiche. Allor vennero quelle vesti tempestate di gemme, che si mirano nel tempio del Sole; allora i draghi, e le tiare di Persia; allora quella sorta di porpora, che poscia non fu usata da veruna nazione, nè veduta nell' orbe Romano*. Intorno a questo tempio, che abbiam descritto nella *Tav. VII.* presso gli archi del condotto dell' acqua Vergine dalla parte settentrionale de' Septi Giulj [b], furon tirati i portici, ne' quali, come prosiegue lo stesso Vopisco, furon riposti *i vini del fisco da distribuirsi al popolo, non in dono, ma col pagamento*.

XVII. L'anno di Roma MXXIII. in cui furon Consoli l' Imp. Aureliano per la seconda volta, e Cejonio Vibio Basso, lo stesso Aureliano, avendo sconfitti i molti tiranni, che sotto Gallieno in ispezie avean dato il crollo all' Imperio, prevedendo, che con tutto questo non sarebbono mancati altri scellerati, i quali avrebbon macchinato le stesse cose; affine di provvedere alla salvezza non meno de' cittadini Romani, che della città, la quale si era estesa molto fuor del pomerio, imprese, come dice Vopisco [7], *col consiglio del Senato* a circondare ed essa, e le aggiunte fatte ad essa con un amplissimo giro di mura. *Non vi fece però allora il pomerio*, come pro-

Q 2

(1) In Tacito. (2) Nel medes. luogo, (3) Nella legg. Nam salutem §. Effracturæ ff. de off. Præt. Vigil. (4) Nella legg. Cum plures §. Locantur ff. Locati. (5) Giul. Capitolin. ne' tre Gordiani. (6) Nella di lui vita. (7) Nel luog. cit.

(a) Essendosi quest'arco dovuto descrivere nella Regione VII. abbiamo avuto lo stesso riflesso a ciò che si è detto all'art. XI. intorno all'arco di Marco e Vero.

(b) Quanto al sito di questo tempio, Sesto Ruffo, e P. Vittore c'insegnano, essere stato nella Regione VII. di Roma. Oltre a ciò, dice Vopisco in Aureliano „ Trovandosi Giunio Tiberiano Prefetto di Roma libero e sciolto dalle sue occupazioni nelle cause ed affari pubblici, tenne un lungo discorso dal Palazzo fino agli orti Valeriani, che cadde spezialmente su la vita de' Principi. Ed essendo giunti al tempio del Sole, consagrato dal Principe Aureliano, siccome v' era fra l'uno e l'altro un poco di parentela, mi domandò, chi aveva scritta la di lui vita „. Risulta da queste parole, che gli orti Valeriani erano di là dalla Regione VII. imperocchè Vopisco, incamminatosi dal Palazzo a questi orti, trapasò il tempio del Sole, che i predetti Sesto Rufo e P. Vittore han descritto nella Regione VII. I confini di essa, come abbiam dimostrato nella *Tav. XXXVIII.* del Tomo I. delle Antichità Romane, erano dalla Porta Catularia lungo il portico de' Septi Giulj, e di là dagli archi del condotto dell'acqua Vergine presso il monumento di Claudio, posto vicino ai medesimi archi, come abbiam riferito nel Cap. V. agli art. III. e IX. quindi stendendosi al portico di Costantino, e di là dal Campidoglio Vecchio, lasciato di fuori il Ludo di Flora, ritornavano alle mura di Roma. Dunque gli orti Valeriani erano su' colli degli orti, come può vedersi nella *Tav. VIII.* Ciò posto, Vospico andando dal Palazzo ai colli degli orti, o uscì per la porta Carmentale, che nella *Tav. VII.* resta presso il teatro di Marcello, o per la Catularia, che in essa *Tavola* si pone accanto a' Septi Giulj dalla parte di mezzodì, e trapasò la Regione VII. E pur per questa Regione dovea trapassarsi la via Lata chiusa dall'una e l'altra parte sino al nuovo arco, o da Septi Giulj, o da' lor portici. Passato l'arco nuovo, andandosi ai colli degli orti, non s'incontrava in questa Regione alcun sito libero, se non quello, in cui abbiam descritto il tempio del Sole.

postea; quod pomœrio nemini Principum liceret addere, nisi ei, qui agri barbarici aliqua parte Romanam Rempublicam locupletasset [a]. *Interea* muros Urbis Romæ sic ampliavit, ut quinquaginta prope millia murorum ejus ambitus teneat [b]. *Festinatio ei curam ademit pluribus parcendi ædificiis, quæ vel dirupta, vel disjecta, vel pro ipso ambitu adhibita sunt, ut muri validius, tutioribusque locis exstruerentur; quod ostendimus* Tab. VIII. & IX. *sive* part. 4. & 5. magnæ Ichnographiæ Campi Martii, *ubi Urbs plusquam alibi aucta fuerat. Ab hac Urbis parte mœnibus sic ampliatis, novæ etiam in his portæ ab eodem Principe apertæ sunt, Aurelia scilicet ad Tiberim pro Flumentana, seu Carmentali, quæ in veteri Urbis ambitu sub Capitolio jam inde patuerant, Flaminia* [c], *ab hujus nominis via appellata, & Pinciana, pro Catularia in ipso veteris Urbis ambitu sub Capitolio*

(a) *Pomœrium; id est purum soli spatium, quod mœnibus adhærens, inaugurato relictum, pateret cum intra, tum extra Urbem, prout videre est* Tab. VII. & VIII. *in quibus præantiquus murorum Urbis ambitus titulo*, Mœnia Urbis priora Aurelianensibus, *demonstratur.*

(b) *Magnus sane vel scriptoris, vel librariorum heic error irrepsit. Iidem fere sunt hodie muri Urbis, qui erant Aureliani temporibus, imo latiores, quod Romani Pontifices non modicam Vaticani Campi partem in Urbe concluserint; attamen mœnium ambitus tredecim millibus passuum amplior non est, ut liquet ex topographia* Tabula III. *Quare quindecim passuum millia, loco quinquaginta, legendum putamus.*

(c) *Viam Flaminiam, ut diximus Cap. IV. art. I. straverat anno Urb* DXXXIII. *C. Flaminius, is qui Circum etiam cognominem ædificavit, & cæsus deinde ad Trasimenum est ab Hannibale. Hanc Ariminum pervenisse nemo ignorat; nam quam ab hac civitate Placentiam usque perduxit Æmilius, Æmilia dicta est, nec quidquam habuit cum Flaminia commune. Controversiam de eo potius video esse posse, unde nam hæc inceperit, & per collesne directa esset, an per eam planitiem, quæ ab Urbe colles inter & Tiberim procurrit ad pontem Milvium. Sed quoniam neutrum probari satis firmo veterum testimonio potest; ex recentioribus vero aliqui ita putant, viam Flaminiam ab Urbe ad Tiberim per planitiem processisse* (Tab. I. lit. i, R. L. B.), *ut id affirment potius, quam certis evincant rationibus: ipsa, censeo, quærenda viæ vestigia esse, si qua forte inveniantur, quorum ope, tanquam certissimo omnium indicio, lis tota dirimatur. Ac toto quidem eo spatio, quod a recentiori porta Flaminia* (lit. L.) *colles inter* (lit. F. G.) *& Tiberim intercipitur, nulla exsistere munitæ olim viæ signa, testis esse quilibet potest, qui modo illuc accedere, & singulas ejus spatii partes perscrutari sedulo velit. Ego certe, etsi multum laboris & operæ in iis perquirendis posuerim, nullum reperi; fieri autem potuisse, non arbitror, ut, si strata illic via fuisset, omnia penitus abolerentur: publicæ enim viæ, quemadmodum docemur experientia, vix unquam intercidunt; nec ita pereunt, siquando dilabuntur, ut sui vestigium aliquod non relinquant. Quod si in reliquis viis usuvenit, multo id magis accidere Flaminiæ oportuit, quæ tam necessaria populo fuit, ac proinde omni studio servanda, eo autem loco strata, siquidem in plano eam fuisse voluerimus, ubi nec ædificiis obstrui, nec alio flecti propter angustias loci potuisset. Contra si, hac relicta planitie, colles ad latus positos ascenderimus, occurrent nobis statim manifesta viæ olim stratæ vestigia, atque adeo ipsa via, quæ etsi corrupta multis locis sit, & intercisa temporum & vinitorum injuria, multas tamen partes subinde retinet omnino integras* (Tab. I. lit. a.), *& magnis, ut olim fuerant, compactas lapidibus* (Tab. XXXVIII.); *ea vero latitudine, qua Consulares viæ antiquitus esse consueverant. Has lithostroti reliquias animadvertit quidem, cum hæc loca perlustraret, Cl. Fabrettus; suspicatus tamen est, eas ad viam Salariam, quam vocat veterem, pertinere. At vetus hæc Salaria ignoratur a reliquis, qui de antiquis viis egerunt; unam enim hi dumtaxat agnoscunt, quæ, Strabone teste Geograph. lib. 5. ducebat in Sabinos cis Tiberim positos. Videtur hic auctor non satis attendisse, quo lithostrota hæc nostra tenderent, cum eorum progressum in adumbrata quadam Urbis topographia, quam edidit, non ita procul a loco, ubi aquæ, quam acidulam vocant,* (Tab. I. lit. b) *fons est, ita dextrorsum flectit, ut ad Portam Collinam, sive Salariam* (lit. c) *traducat, quo veteris Salariæ nomen huic viæ facilius imponat. Cæterum, etsi duas fuisse Salarias Fabretto concederem, veteris autem non ita procul a fonte acidulo divortium ab his lithostrotis agnoscerem; quid inde fieret contra viam, quam tuemur? Nec enim novum est, alteram ab altera viam aliquando subnasci; quin tamen prima illa, in quam altera incurrit, nomen amittat, aut cursum; vias enim, quæ demum sint, ab earum processu & origine internosci, arbitror, oportere. Ac lithostrota quidem, de quibus loquimur, si recte spectentur, a porta, quæ dicitur modo Pinciana* (ead. Tab. I. lit. g), *ducere videntur initium; modice autem in obliquum vergunt, dum eunt per tumulos, quo planius progrediantur; e medio demum colle* (G. H.) *qui postremus est, & ferro alte, lateque bifariam dissectus, ut via per eas fauces, tanquam per vallem, facilius explicetur, ita erumpunt in planitiem fluvio proximam* (lit. a B d), *ut Ponti* (B) *recta conjungantur. Patet, opinor, ex ipso processu, & origine, hanc viam nullo modo Salariam esse posse. At numquid Clodiam dicemus? Hæc, ut videre est in Tabula Peutingeriana, relata a Cluverio, & Poleno Commentar. Frontinian. de aquæduct. incipiebat a Ponte Milvio, proxima quidem viæ Flaminiæ, ut ait Ovidius de Pont. lib. 1. ep. 8. a qua etiam ad tertium ab Urbe lapidem, ex Cluverio, quodam modo oriebatur; ab ea tamen diversa, utpote quæ duceret in Etruriam. Alia præterea via nulla fuit in hac vicinia, præsertim strata. Cum igitur viam Flaminius ita cis Tiberim straverit, ut a Ponte Ariminum usque perduxerit; lithostrota autem hæc sola appareant viæ stratæ cis Tiberim vestigia, & ita directa ad pontem sint, ut cum via Flaminia, quæ trans fluvium est, statim conjungantur, nemini obscurum esse arbitror, hæc ad Flaminiam pertinere, ac proinde viam, quam muniunt, esse Flaminiam cis Tiberim. At viam, inquiet aliquis, quæ descripta est, antequam perveniat ad flumen, ita dividi bifariam liquet ex* Tab. I. lit. a, *ut lithostrotum unum tendat ad Pontem* (B), *quo utimur hoc tempore* (*nempe quem scenographice ostendimus* Tab. XXXIX.), *alterum vero ad alveum fluminis* (d), *ubi pons nullus est. Equidem, si nescire me ingenue faterer, quo dexterum illud viæ brachium spectaverit, & qui Flaminia irent, eo, qui superest, ponte transgressos olim, affirmarem; non idcirco quidquam infirmaretur ex iis, quæ diximus, aut eorum veritas minus elucesceret: sed non utar hoc effugio; dicamque potius, quod mirabuntur fortasse non pauci, ita tamen, ut mirari cito desinant, modo periclitari ipsi velint, utrum, quæ dicimus, cum rebus cohæreant; nam per æstatem, cum fluviales aquæ decreverunt, apparent in Tiberis alveo, e regione illius brachii, seu verius viæ, de qua diximus, antiqui pontis vestigia* (lit. d), *quæ cymba vecti diligenter inspeximus, eorumque figuram retulimus* Tab. XL. *Constructio quidem, si cum veterum Romanorum ædificiis comparetur, priorum temporum opus esse arguit: neque vero aut molendini rudera, quisquam hæc dixerit, quasi vero tam procul eundum Romanis esset, ut molerent, cum intra Urbem fluvium haberent, ac proinde molendi opportunitatem; aut ædificii alicujus ad ripam positi fragmenta, quæ in Tiberim deciderint; refellit utrumque cum horizontalis, ac proinde pristinus eorum positus, & ratio operis, tum forma, quæ reliquias pilæ pontis eas esse, certissimis ostendit indiciis; in summa enim pila* (ead. Tab. XL. lit. A.) *exstant adhuc curvaturæ vestigia, ubi arcus incipiebat; luculenta quoque turris cujusdam* (Tab. I. lit. e, & XXXIX. lit. B) *indicia se produnt exadverso in ulteriori fluminis ripa, sequiori tamen ævo constructæ, quæ, ut & in ponte Milvio factum videmus, excubaret ad pontis custodiam; non quod putem posterioribus temporibus hunc pontem superfuisse; sed quod, ut in re dubia aliquid dicam, reliquis tum pilis non ita disjectis, ligneum fortasse pontem superimposuerit Maxentius, cum tenderet adversus Constantinum; in ea enim expeditione, scimus, eum, præter Milvium, ligneum quoque pontem stravisse super Tiberim. Ceterum, si quod scriptores pontis hujus non meminerunt, repudiandus is est, quam multis carebimus, quæ tamen oculis cernimus, quod nulla de eis exstet literarum memoria? Alterius pontis vestigia* (Tab. I. lit. f), *e regione ultimi collis quem notavimus bifarium divisum, describit Cornelius Meyer in suo opere matheseos. Num & hic negligetur, quod Anonymus tantum in descriptione Urbis, editus a Montfauconio, ejus facit mentionem? At, si literæ tacuerint, aures tamen præbendas arbitror, cum saxa loquuntur & rudera. Ut vero pateat, non sine ratione id fieri aliquando posse, atque adeo oportere, nihili habeantur hæc pontis rudera, quæ ad Flaminiæ caput animadvertimus: illud consequetur, ante M. Æmilium Scaurum, Urbem in tota ea vicinia ponte caruisse; hic enim, cum Censor esset, circa annum Urbis* DCXLIV. *ponte, qui Milvius nunc dicitur* (Tab. I. lit. B.), *Tiberim junxit. Ita auctor, qui scripsit de Viris illustribus, Sigonius, Hoffmannus, Nardinus, aliique. Via vero Flaminia strata est L. Veturio Philone, C. Lutatio Catulo Cos. anno Urbis* DXXXIII. *Igitur toto illo ante Æmilium sæculo, atque adeo reliquis omnibus superioribus, pons nullus fuit, quo in Æmiliam iretur, atque in Etruriam; nec enim pontis ullius, præter hunc Scauri, literæ meminerunt. Quod si quis censeat, hunc pontem ante Æmilium Scaurum exstitisse, ab illo autem instauratum eum potius fuisse, quam factum; præter quam quod gratis id adserere, & sine fundamento videbitur, coarguet, quod opinabitur, id, quod oculis intuemur: quorsum enim dexterum illud Flaminiæ viæ brachium* (a, d.) *eo vergens in alveum, ubi transitus non fuit, cum satis alterum esset* (a, B), *quo iretur ad pontem? Quorsum autem viæ vestigia transtiberim ex adverso vestigiorum pontis, & cum iisdem conjuncta; quæ sane multo brevior via fuit, & ad commeantium usum accommodatior, quam ea sit, quæ, ponte Æmilii trajecto, conficienda nunc est circuitu non ita modico, antequam hæc in viam illam veterem incidat? Pontis indicia hæc sunt unius quidem dilapsi, alterius vero novi; præsertim cum non eodem loco restitutus hic sit ab Æmilio, sed aliquanto inferius, fortasse ad procurrentium aquarum impetum, quod angustior ibi sit alveus, facilius sustinendum. Hac de caussa, eodemque tempore effectum arbitror, ut sinistrum illud viæ brachium* (a, B) *adjiceretur Flaminiæ, & Milvii nomen a veteri ponte* (d) *in novum* (B) *transierit: neque enim mihi probatur Milvii nomen a corrupta Æmilii voce derivatum videri. Hunc quidem pontem pro Milvio Mollem nunc dicimus; sed facile imperito Italorum vulgo est Latinas voces male pronunciando corrumpere. At hunc eumdem pontem Cicero Milvium vocat, agens contra Catilinam; natus autem orator hic est tribus annis post pontem hunc factum: quis autem sibi persuaserit, tam brevi tempore hanc Latinam vocem tam prave mutari potuisse, cum omnes Latine loquerentur? Sed, ut redeam ad ea, quæ mihi de via Flaminia dicenda proposueram, quæret fortasse aliquis, cur non in plano* (B, L, R,) *via hæc strata fuerit, præsertim cum Romanis commodior hoc loco, quam si per colles transiret, futura videretur? Huic ut postulationi respondeam, quæram & ipse contra, cur viam Clodiam non per hanc ipsam planitiem veteres duxerint, cum tam facile possent, & tanto usui futura populo esset, sed post transitum Tiberim fecerint eidem initium? Si dicerem, publicas idcirco vias inde amotas, quod ludis feriatæ in Campo juventutis impedimento esse nollent adsidua carpentorum, & sarcinarum transvectione; si, quod vias in munitioribus locis sternendas arbitrarentur, ut Urbis securitati contra hostium impetus, & otio consulerent, aliquid adferrem, quod non omnino improbandum fortasse videretur. Sed in iis investigandis, quæ posita in hominum arbitrio*

prosiegue lo stesso Vopisco, *ma bensì dipoi; perchè non era lecito a verun Principe farvelo, se non a quello, che avesse ingrandita la Repubblica Romana con qualche parte di terra barbara* (a). Intanto *egli allargò le mura per modo, che si estendono quasi a cinquanta miglia di giro* (b). Per la fretta ei non la perdonò a molti edifizj, che o furon rotti, o disfatti, o servirono pel giro medesimo, acciocchè le mura si fabbricassero più forti, ed in luoghi più sicuri; il che da noi si dimostra nelle *Tav. VIII. e IX.* o siano *parti* 4. e 5. *della grande Icnografia del Campo Marzio*, ove la Città si era ingrandita più che in ogni altra parte. Essendo state ampliate in tal guisa le mura da questa parte della Città, furon altresì dallo stesso Principe aperte in esse altre porte, cioè l'Aurelia in riva del Tevere in vece della Flumentana, o Carmentale, che prima erano state aperte nel giro antico della Città sotto al Campidoglio, la Flaminia, così detta dalla via dello stesso nome (c), e la Pinciana in vece della Catularia già aperta nello stesso

(a) Pomerio è quel paro spazio di terreno presso alle mura, lasciato dopo aver preso gli augurj, il quale si estendeva sì dentro, che fuori della Città, come si può vedere nelle *Tav VII. ed VIII.* ove si dimostra il giro più antico delle mura della Città, coll'iscrizione, MŒNIA URBIS PRIORA AURELIANENSIBUS.

(b) Qui senza dubbio è occorso un grave errore o dello scrittore, o de' copisti. Le mura di Roma sono oggidì quasi le stesse, che a' tempi d'Aureliano, anzi più ample, per aver i Pontefici Romani racchiuso nella Città non piccola parte del Campo Vaticano; e pure il lor giro non è più di 13. miglia, come si vede nella topografia della *Tav. III.* Crediamo perciò, che, in vece di 50. miglia, debba leggersi 15.

(c) La via Flaminia, come abbiam detto nel Cap. IV. all' art. I. era stata lastricata l' anno di Roma DXXXIII. da C. Flaminio, che aveva eziandio edificato il Circo dello stesso suo nome, e che poscia fu ucciso da Annibale al Trasimeno. Ognun sa, che questa giungeva fino a Rimino; poichè quella che da questa Città fu condotta fino a Piacenza da Emilio, fu chiamata Emilia, nè ebbe che fare colla Flaminia. Veggo, che piuttosto può disputarsi, donde questa abbia incominciato, e se sia stata indirizzata pe' colli, ovvero per quella pianura, che scorre da Roma fra' colli ed il Tevere fino al ponte Molle. Ma siccome nè l'una nè l'altra cosa può provarsi con una sicura testimonianza degli antichi, ed alcuni de' moderni suppongono, che la via Flaminia da Roma andasse al Tevere per lo piano (*Tav. I. lett. i, L, R, B*), asserendolo piuttosto, che provandolo con sode ragioni; così giudico, doversi andare in traccia delle stesse vestigie di questa via, se per avventura se ne trovi alcuno con cui, come con indizio il più certo di tutti, por fine ad ogni controversia. Ciò posto; che non rimanga alcun segno di lastrico d' antica via in tutto quel tratto, che dalla moderna porta Flaminia (*lett. L.*) resta fra i colli (*lett. F. G.*), ed il Tevere, può assicurarsene chiunque trasferir vi si voglia, e visitare a parte a parte, e con diligenza tutto quel sito. Per me, avvegnachè mi sia molto affaticato e studiato per rinvenirveli, non ve ne ho trovato alcuno: nè credo possibile, che se la via fosse stata ivi lastricata, non ve ne avesse ad esser rimaso veruno; imperocchè le vie pubbliche, come l' esperienza ne insegna, è cosa difficilissima, che si dismettano; e se talora vanno in rovina, non si guastano tanto, che non ve ne rimanga qualche vestigia. Il che se avviene nelle altre vie, molto più dovette succedere nella Flaminia, che fu sì necessaria al popolo, e perciò dovette aversene tutta la cura; e poi fu lastricata in un sito, se vogliamo ch'ella fosse nel piano, dove non poteva esser ingombrata dagli edifizj, nè piegarsi per altro verso, a cagion dello stretto per cui passava. All'incontro, lasciandosi questa pianura, e salendosi su' colli, subito ci si faranno incontro vestigie manifeste di lastrico d'antica via, e così la via medesima, che sebben sia guasta ed interrotta in molti luoghi per l'ingiuria de' tempi e de' vignajuoli, nondimeno è affatto intera in molte parti (*Tav. I. lett. a*), lastricata con quelle gran pietre, che una volta s'usavano (*Tav. XXXVIII.*), e così larga, come solevano essere le antiche vie Consolari. Questi avanzi di lastrico furon altresì osservati dal Chiariss. Fabbretti nell'andar cercando per questi luoghi; ma egli sospettò, che appartenessero alla via Salaria vecchia, come la chiama. Ma questa Salaria vecchia s'ignora da altri, che han trattato delle antiche vie; imperocchè questi non ne conoscon, se non una, la quale, al dir di Strabone nel lib. 5. della geografia, conduceva nella Sabina situata di quà dal Tevere. Sembra, che questo autore non abbia osservato bene dove tendevano questi lastricati, giacchè in una certa topografia di Roma da esso pubblicata, non molto lungi dal sito della fontana dell'acqua detta acetosa (*Tav. I. lett. b*) fa piegare su la diritta il loro proseguimento in guisa che mettano alla porta Collina, o Salaria (*lett. c*), per dare con maggior facilità a questa via il nome di Salaria vecchia. Per altro quantunque concedessi al Fabbretti, che le Salarie siano state due, ed ammettesi, che la vecchia non molto lungi dalla fontana acetosa si fosse divisa da questi lastricati, che mai si potrebbe dedurre contra la via che noi sosteniamo? non essendo cosa nuova, che da una via alle volte ne nasca un'altra, nè per questo la prima in cui mette l'altra, perda il nome, nè il corso; giacchè, quali siano le vie, deesi poi a parer mio riconoscere dal loro procedimento ed origine. Or i lastricati, de' quali si parla, se ben si osservano, sembra, che incomincino dalla porta oggi detta Pinciana (*detta Tav. I. lett. g*); piegano poi un poco, mentre vanno pe' colli, per proseguire più in piano; e finalmente di mezzo all'ultimo colle (*GH*), ch'è stato diviso per alto e per largo a forza di ferro, per dar esito più facilmente alla via per queste foci, come per una valle, sboccano nella pianura vicina al fiume (*lett. a, B, d*) in modo, che vanno direttamente ad unirsi col ponte (*B*). Dall' origine e procedimento di questa via egli è a mio credere manifesto, ch'ella non possa in verun conto esser la Salaria. Ma vorrem forse dire, che fosse la Clodia? Questa, come può vedersi nella Tavola Peutingeriana, riferita dal Cluverio, e dal Poleni nel Comentario Frontiniano degli acquidotti, incominciava dal Ponte Molle presso la via Flaminia, come dice Ovvidio de Ponto nella pist. 8. del lib. 1. anzi, secondo il Cluverio, nasceva in certa maniera da essa tre miglia lontan da Roma; ma dalla medesima per altro era ben diversa, come quella che conduceva in Toscana. Non v'è stata poi altra via in questo vicinato, specialmente lastricata. Or avendo Flaminio lastricato una via di quà dal Tevere, sì che dal ponte giungesse fino a Rimino, ed apparendo questi soli lastricati esser le vestigie della via stesa di quà dal Tevere, ed essendo così diretti al ponte, che tosto s'uniscono colla via Flaminia, che rimane di là dal fiume, credo, che ognun ben vegga, che questi appartengono alla Flaminia, e che per conseguenza la via munita con tali lastricati sia la Flaminia di quà dal Tevere. Ma la via, dirà taluno, fin qui descritta, prima che giunga al fiume, si vede nella *Tav. I. lett. a*, divisa talmente in due, che un lastricato guarda verso il ponte (*B*), di cui or ci serviamo (cioè quello che si dimostra in prospettiva nella *Tav. XXXIX.*), e l'altro verso l'alveo del fiume (*d*), dove non è alcun ponte. Se io dicessi liberamente di non sapere, ove portasse quel braccio dritto di strada, ed ammettessi, che i viandanti della Flaminia fossero passati pel ponte che or vi rimane, non per questo scemerebbe la forza alle cose fin qui dette, nè la loro verità sarebbe men chiara. Ma lungi dal servirmi di tal sutterfugio, dirò piuttosto cosa, di cui non pochi per avventura si maraviglieranno, sì che però cesserà tosto in loro la maraviglia, quante volte essi medesimi voglian far prova, se sussista in fatti ciò che diciamo; imperocchè d'estate, allor che il fiume è basso, appajono nell' alveo del Tevere incontro quel braccio, o sia via di cui abbiam parlato, alcuni avanzi, d'antico ponte (*lett. d*), che coll'uso della barca abbiamo diligentemente osservati, ed altresì descritti nella *Tav. XL.* La costruttura, se si paragona con gli edifizj degli antichi Romani, fa vedere, ch' ella è opera de' primi tempi. Nè si dica esser questi o avanzi d'un mulino, come se i Romani avessero dovuto andar cotanto lungi per macinare, da che aveano il fiume entro Roma, e in conseguenza tutto il comodo di ciò fare; ovvero frammenti d'un qualch' edifizio di su la riva caduti nel Tevere: l'una e l' altra obbiezione è smentita sì dalla orizzontale, che è quanto dire originaria lor positura, e dalla maniera del lavoro, sì dalla forma dell'opera che ha i contrassegni i più certi d'esser avanzi d'una pila di ponte; poichè in cima di essa pila (*detta Tav. XL. lett. A*) rimangono per anche le vestigie della curvatura ove incominciava l'arco; come pure si fan vedere indizj ben chiari di certa torre fabbricata dirimpetto su la riva ulteriore del fiume, ne' tempi bassi per altro, come si vede fatto anche al ponte Molle, acciocchè servisse per guardia del ponte (*Tav. I. lett. e, e Tav. XXXIX. lett. B*); non già che io supponga, che questo ponte fosse in piedi ne' tempi dopo; ma, per dir qualche cosa in una cosa incerta, può ben darsi, che non essendo allora rovinate affatto le altre pile, Massenzio vi avesse raccomandato il ponte di legno, quando andò ad affrontar Costantino; poichè ben sappiamo, aver egli in quella spedizione, oltre al Milvio, gettato anche un ponte di legno sul Tevere. Per altro, se questo ponte non si ha da ammettere, perchè gli scrittori non ne han fatto menzione, di quante cose resteremo noi privi, che pur le miriamo con gli occhj, per non trovarsene veruna memoria in iscritto? Cornelio Meyer nel suo trattato delle matematiche descrive le vestigie d'un altro ponte (*Tav. I. lett. f*) incontro l' ultimo colle diviso in due: dovremo forse abbandonare anche questo, perchè non v'è altri che ne faccia menzione, se non se l'Anonimo nella descrizione di Roma data in luce dal Montfaucon? Ma se taccion le lettere, credo, che si debba porger l'orecchio, mentre parlano le rovine, ed i sassi. E per dimostrare, che talvolta può aversi un tal riguardo non senza ragione, che anzi non se ne può far di meno, si tralascino queste rovine di ponte da noi osservate in cima alla via Flaminia: ne verrà in conseguenza, che prima di M. Emilio Scauro la Città in tutto quel vicinato non aveva alcun ponte; imperocchè questi fece sul Tevere il ponte, che oggi si chiama Molle (*Tav. I. lett. B*) circa gli anni di Roma DCXLIV. allor ch'egli era Censore. Così attestano l'Autore che scrisse degli uomini illustri, il Sigonio, l' Hoffmanno, il Nardini, ed altri. All'incontro la via Flaminia fu lastricata l' anno di Roma DXXXIII. sotto il Consolato di L. Veturio Filone, e di C. Lutazio Catulo. Dunque in tutto quel secolo prima d'Emilio, e in conseguenza in tutti gli altri, che lo precederono, non vi fu alcun ponte per andare sì in Romagna, che in Toscana, giacchè dagli scrittori non se ne nomina altro, che questo di Scauro. Che se qualcuno supporrà, che questo ponte vi fosse prima d'Emilio Scauro, e che da esso sia stato piuttosto restaurato, che fatto; oltre che egli si farà conoscere per uno che asserisce le cose a capriccio e senza fondamento, la sua opinione sarà smentita da ciò che si vede con gli occhj: imperocchè a che fare quel braccio dritto di strada Flaminia (*a,*), che s'incontrasse nell'alveo, ove non era il trapasso, mentre bastava l'altro per cui andare al ponte? Che significano poi que' vestigj di via di là dal Tevere incontro gli avanzi del ponte, e congiunti con questi? via che fù certamente più breve e comoda ad uso de' vetturali, di quel che sia quel giro non piccolo di strada, che presentemente bisogna fare, passato il ponte d' Emilio, prima di rientrare nella via vecchia? Questi certamente sono indizj d' un ponte rovinato, e d'un altro nuovo: molto più che questo da Emilio non è stato rifatto nello stesso sito, ma un poco più sotto, forse per renderlo più sicuro dall'impeto dell'acqua, giacchè quivi l'alveo è più stretto. Per questa stessa cagione, e nel tempo stesso, giudico, che sia stato aggiunto alla via Flaminia quel braccio sinistro (*a, B*), e che il nome di Milvio dal vecchio ponte (*d*) sia passato al nuovo (*B*); imperocchè mi sembra ben duro, che il nome di Milvio sia derivato dal corrompimento della voce Emilio. Egli è vero, che presentemente questo ponte si chiama Molle, e non Milvio; ma ell'è cosa solita, che in Italia gl'idioti col mal pronunziare corrompano le parole Latine. Nonpertanto questo stesso ponte è chiamato Milvio da Cicerone nelle sue declamazioni contra Catilina; e tre anni dopo ch'era stato fatto, nacque quest'oratore; or chi mai si persuaderà, che in sì breve tempo questa voce Latina si fosse così malamente cambiata, allor che tutti parlavan Latino? Ma; per ritornare a ciò che mi era proposto di dire intorno alla via Flaminia, taluno forse domanderà, perchè questa non sia stata lastricata nel piano (*B, L, R*); molto più che sembrava dover riuscir più comoda ai Romani per questo luogo, che facendola passare pe' colli? Per rispondere a questa interrogazione, domanderò anch' io all'incontro, per qual motivo gli antichi non abbian fatto passar la via Clodia per questa stessa pianura, giacchè potevan farlo con tanta facilità, e sarebbe stata così comoda al popolo; ma vollero principiarla dopo passato il Tevere? Se dicessi, che le vie pubbliche furon indi tenute lontano, perchè non volevano, che col continuo passo de' carri e delle vetture si frastornasse la gioventù intenta agli esercizj del campo, o perchè pensarono di lastricarle

lio jam aperta; item Salaria pro Collina; e quibus duæ tantummodo supersunt, Pinciana, & Salaria, dirutis jamdiu, cum magno mœnium Aurelianensium tractu, Aurelia, & Flaminia, ut docuimus Tomo I. Antiquitatum Romanarum. Tenuibus autem lineis novus Urbis ambitus, & portæ a nobis descriptæ sunt, ut ædificia ab Aureliano, hujus rei ergo, disturbata, integra spectatoribus servaremus.

XVIII. *Templum etiam Bono Eventui in Campo Martio excitatum invenimus; at cujus opus fuerit, & quando factum, compertum non est. Meminit hujus templi P. Victor, qui illud recenset inter ædificia Regionis IX. Item Ammianus* (1), *qui, dum opera per Claudium Præfectum Urbi, Valentiniano, Gratiano, & Theodosio imperantibus, Romæ facta describit:* Vetera, *inquit*, plurima instauravit, inter quæ porticum excitavit ingentem, Lavacro Agrippæ contiguam, Eventus Boni cognominatam ea re, quod hujus nominis prope visitur templum: *ut ostendimus in* Tab. VII.

(1) *Lib. 29.*

---

arbitrio sunt, & temporibus, quæ tum fuerunt, quævis, opinor, divinatio vana est, & inutilis. Satis mihi proinde est in hac Flaminiæ viæ controversia, ex re ipsa, & ex veterum, si quod habeatur, testimonio, non quid fieri oportuerit, sed quid factum sit, posse conjicere. Diximus de viæ vestigiis, quæ adhuc supersunt; dicam nunc de quodam Taciti loco. Narrat hic auctor histor. lib. 3. Antonium Vespasiani Ducem, cum ad Urbem accederet, ponte Milvio trajecto, Vitellianis tripartito agmine occurrisse, ut eos ex adversis collibus (Tab. I. lit. F, G, H), quos insederant, submotos cæderet: Pars, inquit, ut adsueverat, Flaminia via; pars juxta ripam Tiberis incessit; tertium agmen per Salariam Collinæ portæ propinquabat. Id, opinor, spectabat Antonius, ut, dum media acies, quæ per Flaminiam incedebat, hostes adgrederetur a fronte, reliquæ duæ, latera obeundo, eos circumvenirent a tergo. Recte hoc provisum videri potuit, si Flaminia ea fuit, quam conamur ostendere, ut per colles ad Urbem adscenderet: sin ea, quæ modo est, colles inter procurrens, & Tiberim, quid hoc consilio ineptius, aut quid tripartita hac acie opus fuit; cum sinistra, quæ Salaria via incedebat, tam procul ablegaretur, ut reliquæ auxilio ei esse non possent; media autem, quæ per Flaminiam, idest per ipsam planitiem (B, L) progrederetur, uno eodemque agmine, propter locorum angustias (G, f), itura esset, ac ea, quæ secus Tiberim iter faceret, Vitellianis interim, quos nemo urgeret a fronte, adeo metu solutis, ut & eruptionibus ambas urgere in latus possent, & e loco superiori (F, G) saxis impetere? Nec minus e re est, pro qua dicimus, alter hic Taciti locus Annal. lib. 13. Pons Milvius in eo tempore celebris nocturnis illecebris erat; ventitabatque illuc Nero, quo solutius Urbem extra lasciviret. Igitur regredienti per viam Flaminiam, compositas insidias, fatoque evitatas, quoniam, diverso itinere, Sallustianos in hortos remeaverit, auctoremque ejus doli Syllam Grattus Lib. Cæs. ementitur. Unde ad hunc Pontem Nero venerit, incertum est; arbitror, via Salaria: horti enim Sallustiani, ut Crispus Sallustius testatur, erant in Quirinali ad Portam Salariam (lit. c), sive Collinam (lit. h), extra Urbem tamen, ut Tacitus refert, in valle nimirum inter portas Collinam (lit. h) antiquioris Urbis ambitus, & Pincianam (lit. g) ambitus Aurelianensis; ubi etiam Circus Sallustii fuit, ut videre est in Tab. VIII. sive part. 4. magnæ Ichnographiæ Campi Martii. Cum igitur in hos hortos reversus Nero sit, non via Salaria, qua fortasse consueverat, sed Flaminia, si hæc quærenda in plano erat, ubi nunc strata est, quam longe abeundum illi fuit ab eo loco, in quem regredi constituerat? Patet id Tabulam I. vel leviter inspicienti. Hoc tanto circuitu, verisimile non est, defatigari voluisse hominem, apud pontem nocturnis fractum illecebris. Contra, si Flaminia a ponte per colles ad Collinam portam, sive Pincianam ducebat, ut viæ ipsius monent vestigia, quam expeditus, quantoque brevior reditus illi fuit in hortos, qui ab hac porta non aberant? Quæ hactenus diximus de hoc Neronis in hortos reditu, refellunt mea quidem sententia quod aliqui ajunt, Flaminiam commodiorem futuram populo fuisse, si per planitiem strata fuisset; habitabantur enim colles eo tempore, quibus impositi muri Urbis erant, & portæ, planities domiciliis prorsus vacua. Itaque decipiuntur qui aliter sentiunt recentioris Urbis adspectu, cum cives, desertis collibus, in planum commigrarunt; quam enim laboriosum fuisset iis, qui Esquilinum, qui Cælium, aliosque colles incolerent, tam longo itinere Campum descendere, quo cum venissent, tantumdem spatii emetiendum ipsis esset, ut irent ad pontem? Hæc tamen ratio iis non probabitur, qui Flaminiam e collibus detrahunt, eamque in plano collocant. Nam primum quidem a Porta Catularia, seu Ratumena (eadem Tab. I. lit. i), de ejus enim nomine varia est scriptorum opinio, viam Latam deducunt ad plateam, quam Sciarræ vocant (lit. R.); post hanc deinde initium Flaminiæ faciunt, quam recto cursu ita demum protrahunt per medium fere Campum, ut ad portam perveniat, quæ nunc Populi dicitur (lit. L.), atque adeo ad ipsum pontem Milvium. Sed si quis ab his petat, undenam norint, viam hanc ita se olim habuisse, non facile, censeo, probaturos quod adserunt. Qui de Campo agunt, trium faciunt viarum mentionem, Latæ nimirum, Fornicatæ, & Rectæ. Ac de Lata quidem nihil est, quod dicam ulterius. Recta certe non ea fuit, de qua modo quærimus, sed prorsus alia, & ab hac longe dissita; hoc enim tempore Julium vocant. Verum, si Recta cognomen ea obtinuit, quod nullo detorta flexu sit, cur non hæc potius eo aucta honore est, quæ æque recta fuisset, & longior? Fornicata nomen a fornicibus invenit, quos Agrippa ad aquam Virginem deducendam exstruxit. Incipiebant hi prope Collegium Nazarenum (lit. K.), ubi ea aqua e subterraneo emergens rivo evehebatur continuatis fornicibus ad locum ubi nunc emissarium est Triviæ, (lit. l.) ex quo per vicum qui ad latus est ædium Columnensium in platea Sciarræ, Hippodromo trajecto, ita tendebat ad Antonini templum (lit. m.), ut inde sinistrorsum conversa, ad ædem S. Ignatii (lit. n.) influeret in publicum castrum, & ita demum in thermas, & hortos Agrippæ prope Pantheon (lit. I.). Ita docemur a scriptoribus, & a ruderibus, quæ adhuc supersunt. Ex hac viarum enumeratione nihil eruitur, quo probetur, Flaminiam per medium Campum esse deducendam. Videntur mihi potius hi fornices non levi indicio esse, qua primum Flaminia a Lata deflexerit, & quem cursum tenuerit; nam cum hos Agrippa tanto post erexerit, ea nimirum ætate, qua Campus fere totus ædificatus jam erat, ac proinde non facile ipsi esset aream invenire ubi eos attolleret, viæ adjunxit jam pridem stratæ, cujus pars ea, cui fornices adhæserant, dicta postea Fornicata est. Livius lib. 22. Et in via ad Campum, fornicata quæ nunc est, aliquot homines de cælo tacti. Nec enim opinari possumus, Agrippam in tanta areæ inopia, non fornices viæ, sed viam fornicibus, & quidem novam apponere voluisse. Cum igitur inter Campi vias nulla, iis, quas retulimus, exceptis, præterea memoretur, nisi Flaminia; huic fornices videntur appositi, ac proinde via Fornicata pars fuisse Flaminiæ. Hujus itaque cursus si quæritur, facile intelligemus, eam a vico, ex quo in Hippodromum fornices prodibant apud Columnensium Principum ædes, eodem & ipsam itinere, sed tamen inverso, progressam ad emissarium Triviæ; inde vero cum prope Collegium Nazarenum deflexisset, a fornicibus per eum collem ad portam Pincianam (lit. g.), ut ad pontem protenderetur. Incerta hæc quidem esse, nemo est, qui non intelligat: sed eundum mihi esse sentio, quo viæ rudera toties relata me vocant; qua vero parte opportunius eo mihi aditum e Campo patefaciam, non video. Ceterum num certiora sunt, quæ de Flaminia per Campum deducta scribuntur ab aliis? Hanc illi recto cursu a porta Catularia (lit. i.) ad pontem (lit. B.) processisse, ajunt. At in eam incurrebant sub viæ Latæ finem (lit. R.) aquæ Virginis fornices. Quis autem putaverit, florenti Agrippæ sæculo, viam loco tam celebri positam ita intercidi ac pene obstrui, Romanos passuros fuisse? Neque vero arcuum laxitate, aut altitudine occurri huic incommodo potuit; depressus enim erat aquæ Virginis rivus, ut liquet ex recenti Triviæ emissario, licet hic duobus palmis altior modo sit, quam olim fuisset; eadem vero, ac prius, in hac Campi parte soli æqualitas ferme est, ut colligitur ex basi columnæ M. Antonini (lit. o.), quæ tota etiam nunc exstat. Igitur, etiamsi fornices producti ulterius non fuissent, quam ad mediam porticus Septorum Juliorum frontem, atque adeo etiam sub ipsum initium, viam turpiter intercepissent; procurrebat enim hæc ad dexterum eorum latus; nec suis modice turbassent angustiis. Sed ut pressius agamus de Flaminia, quam sub viæ Latæ finem inchoari quidam volunt: sit ejus initium ab ipso fornicum per Latæ confinium trajectu (nempe lit. R.): exploratumne est, nullum toto eo tractu, quo procurrisset ad flumen, ædificium, aut publicum opus, medium fuisse, quod indicio sit, ibi viam non fuisse? Ut arcum M. Antonini omittam (lit. p.) prope S. Laurentium in Lucina, quem Alexander VII. dejici jussit, ne impedimento viæ esset, quam Hippodromum vocant, hi vero qui contra sentiunt, suam appellarent Flaminiam; ut reliqua prætermittam opera, quorum non ita cognita positio est, certe Obeliscus (lit. q.), quem in Campo statuit Augustus ad deprehendendas, ut ait Plinius, Solis umbra dierum, ac noctium magnitudines, aliquid habet, quod viæ huic adversari videatur. ad hunc enim finem lineas, & aream, in quam hæ includebantur, ita produci oportuit, quod ostendimus Cap. V. art. XII. ut in ipsam viam incurrerent, atque ultra etiam protraherentur. Quis autem arbitrabitur, Augustum de Urbe ornanda quotidie cogitantem, de via hac nihil fuisse solicitum, aut opus tam mirificum incedentium pedibus, & plaustrorum rotis proculcandum subjicere voluisse? Non omittam postremo conjecturam, quæ peti ab Aureliani facto potest: si enim Flaminiam, ut isti volunt, Campum incessit, cur ille, cum muros protulit, & Campum Urbi addidit, portam, non exadverso viæ, quemadmodum nunc est, sed in proximi collis jugo (lit. r.) statuit? Neque tamen negaverim, prius etiam, quam hæc Campi pars muro includeretur, patuisse ad Tiberim iter: ubi enim perpetuus Campus erat, & nullis obseptus anfractibus, illac aditus volentibus deesse non potuit, præsertim declinante jam Imperii fortuna, disturbatisque ibidem non paucis publicis operibus, & Augusti ambulationibus. Itaque, si Gallienus paraverat porticum Flaminiam, quæ via certe non fuit, usque ad pontem Milvium ducere, ut ait Capitolinus, quid inde consequitur? Num idcirco viam, quam straverat Flaminius, obtexisset porticibus? Non opinor; sed quam ipse novam stravisset, aut usu ipso pridem institutam invenerat. Nec magis me Suetonius movet, ubi de Mausoleo Augusti loquens, ait: Hoc opus Augustus inter Flaminiam viam ripamque Tiberis sexto suo Consulatu exstruxerat: sic enim is ait, qui Hadriano Principe, scripsit, eo nimirum tempore, quo relata opera disturbari, & novus viæ tractus sub collibus, pro Flaminia, in usu esse jam cœperat.

giro dell' antica Città, com' anche la Salaria in vece della Collina; delle quali ora due sole ne rimangono, la Pinciana, e la Salaria, essendo cadute già da lungo tempo l'Aurelia, e la Flaminia assieme con un gran tratto delle mura d'Aureliano, come abbiam dimostrato nel primo Tomo delle Antichità Romane. Abbiam poi dinotato il nuovo giro di Roma, e le porte con piccolissime linee, per serbare interi ai riguardanti gli edifizj distrutti da Aureliano per tal cagione.

XVIII. Troviamo essere stato altresì innalzato nel Campo Marzio un tempio al Buon Evento, senza però sapersi da chi, nè quando sia stato fatto. P. Vittore fa menzione di questo tempio, annoverandolo fra gli edifizj della Regione IX. Come anche Ammiano [1], che descrivendo le opere fatte in Roma da Claudio Prefetto della Città, sotto l'imperio di Valentiniano, Graziano, e Teodosio, dice, ch'egli *ne restaurò moltissime antiche, fra le quali innalzò un gran portico accanto alle terme d'Agrippa, denominato del buon Evento per questo, che vi si ve*-

[1] Nel lib. 29.

